



**Illustrissimi Marchionis Scipionis Maffei Historia  
Theologica Dogmatum Et Opinionum De Divina Gratia,  
Libero Arbitrio Et Prædestinatione**

**Maffei, Scipione**

**Francofurti ad Mœnum & Moguntiæ, 1756**

Liber VII. Complectitur notitiam Pelagianorum, expositionem opinionum  
ipsorum, earumque proscriptionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95061](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-95061)

stitueretur *Apostolorum*, Orbisque universi illi cura demandaretur.<sup>1</sup>

Quo igitur pacto fieri jam possit, ut se à gremio Ecclesiæ non excedere, neque à fidelium consorrio disjungere contendat is, qui tuerit propositiones à D. Petri successoribus in re fidei damnatas, qui solennia S. Sedis edita ad universos Christianos transmissa, ab Ecclesiâ, & Episcopis undique cum veneratione, & plausu excepta accusat, & impugnat? Exuat tantisper prædicatas opiniones, & studia

contraria, quisquis nobilem habet sincerumque animum! paucasque illas à nobis adductas autoritates, quarum aliquæ haec nec allatae, nec selectas fuerunt, secum repudet! Considerent etiam homines jamtum à Catholicâ communione separati, an harum vi non evanescant, atque in antecessum non confutatae ex illo jamtum tempore jacuerint responsiones illæ, & defensiones, quas celeberrimi ipsorum Scriptores commenti sunt, varieque variis temporibus proposuere.

(1) Adv. Jud. lib. I. tom. I. p. 677. ἀς καὶ πάντες γνῶθι τὸν Ἀποστόλον, καὶ τὴν ἀκριβεῖστην ἡγεμονίαν.

FINIS LIBRI SEXTI.

HISTORIÆ THEOLOGICÆ

LIBER VII.

Complectitur Notitiam Pelagianorum, Expositionem Opinionum ipsorum, eorumque Proscriptionem.

**N**OVARUM hæc materia faciem induit saeculo quinto, fuitque omnimoda & Opinionum, & Controversiarum facta immutatio. Siquidem cùm hactenus opugnatum ab hereticis fuerat liberum hominis arbitrium, eamque ob causam Patres, quò id tuerentur, paribus studiis calatum strinxerant; hoc contrà ineunte saeculo emergere coepit Pelagiana heres, quæ vice versâ oppugnatum ibat Divinam gratiam. Quare necessum erat, ut feliciora Christianorum ingenia ad hanc propagandam sese converterent. Pelagius primus tanti mali author, è Scotiâ oriundus erat, teste Hieronymo. Monachus erat; non item Sacerdos, nec Clericus. Romam perierat sub finem quarti saeculi, dñique ibidem moratus fuit. Erroris sui semina spargere coepit clanculum, atque sub magna Religionis specie. Marius Mercator in Commonitorio affirmit,<sup>1</sup> haufisse ipsum erroris principia à Syro quodam, nomine Ruffino, ac præ ceteris à Theodoro Episcopo Mopsuesteno in Ciliciâ; quippe qui jamtum cœperat hanc excitare quæstionem, venenumque istud in vulgus spargere. Ad annum 410. aut saltem circa id tempus, in Africam, indè in Palæ-

stinam, atque post annos complures se Roman contulit. Româ porro anno 418. ejici Pelagium, & Celestium, solenni edito jussit Imperator Honorius, tanquam *capita dogmatis execrandi*,<sup>2</sup> quod etiam dogma accensum fuit delictis publicis, ut loquuntur *Juris-Consulti*; latâ lege, ut quicunque deinceps hujusmodi opiniones promovere deprehenderetur, à quovis adduci in judicium posset, atque ad pœnam depositi. Postremum, quod de Pelagio constat, illud est, actum fuisse in exilium post ultimam Synodum sub Episcopo Antiochiae Theodoro coactam, cuius, uti & Jerosolymitani Episcopi literas vidit Mercator, quibus ad summum Pontificem de omnibus, quæ evenerant, renuntiatum est. Quò deinde concesserit, aut quo anno obierit, exploratum non est.

**I**N Scriptis suis conatus sœpe est suam callidè regere sententiam, scopumque ex parte velare. Scimus ex D. Hieronymo, id maximè ipsum dedisse operam, ut mulierculas sibi conciliaret, subindicando, ad ipsas quoque perire doctrinam Ecclesiasticam; in quæstionibus etiam theologicis subtilissimis, atque in illis etiam, quæ teatris æquivocationibus transformari

(1) Common. n. 1. *Apud nonnullos Syrorum, & præcipue in Ciliciâ à Theodoro &c. Rufinus quondam, (leg. quidam) natione Syrus, Roman primum invexit, & Pelagium .... sunc decepit.* (2) *Pulsis ex urbe primitus capitibus dogmatis execrandi.*

Pelagius  
mulierculas  
sibi conciliat

facillimè possunt.<sup>1</sup> Tantæ es liberalitatis, ut favorem tibi... apud Amazonas tuas concilias, ut in alio loco scripseris, scientiam legis feminas habere debere, id est Scripture. Advertit jam tum D. Paulus, <sup>2</sup> solenne esse seductoribus penetrare domos, & captivas ducere mulierculas, id est in opiniones suas, ac partes easdem pertrahere. In quem locum Hilarius Diaconus <sup>3</sup> advertit, omnibus hæreticis hoc convenire, ut subintrantes domos, mulieres subdolis, & versutis verbis capiant, ut per eas viros decipiant. Mundus iisdem semper hoc in genere est moribus. Scripta Pelagii satis innotescunt, quanquam plurima eorum pars exciderit. Extat inter Epistolas ejus prolixa quædam, quam dedit ad S. Paulum Nolanum Episcopum anno 403. A conservatur adhuc illa ad Demetriam anni 413. adjudicata olim D. Hieronymo; & professio fidei missa ad Pontificem anno 403. ætatem tulit, missa ad Demetriam anno 413, quæ S. Hieronymo attributa aliquando est; itemque libellus fidei anno 416. Papæ, ut se purgaret, oblatus. Superfunt quoque in D. Pauli Epistolas adnotations, quæ eadem existimantur cum illis, quæ inter Opera Hieronymiana habentur. Pelagianismo insestæ, quamvis à Cassiodoro alicubi repurgatae. In illis orthodoxa quoque occurrit doctrina; quam obrem plura à brevi illo Commentario accepit Augustini discipulus Primasius, qui floruit saeculo IV.

*Celestii ver. futia.*

II. SOCİUM erroris indefessum habuit Pelagius discipulum suum Celestium, qui ipsius imbutus opinionibus easdem disseminavit in Africâ. Anno 412. evocatus fuit ad Concilium aliquod habitum Carthaginæ; ubi accusatus fuit à Paulino Ecclesiæ Mediolanensis Diacono, atque hæresis damnatus. Indè se contulit Ephesum, & post annos aliquot Constantinopolim, unde ejus fuit. Mortuo summo Pontifice Innocentio, & succedente Zosimo, Celestius Romam petuit, pietate simulans, afferensque, promptum se fore ad omni subscribendum judicio, conabatur aliquantis per fucum facere Pontifici. Verum ubi demum causam suam desperatam vidit, clandestinâ fugâ diapsus est. Rediit anno 424. post mortem Zosimi, sperans, patefactum iri aliquem sibi aditum ad Celestinium. Is contrâ dedit operam, ut totâ proscriberetur Italiâ; post quæ tempora nulla de ipso amplius occurrit memoria. Scripsit quædam Opuscula in gratiam suæ hæreseos.

(1) S. Hier. Dial. con. Pel. *Verum tanta es liberalitatis &c. Non suffici tibi agmini tuo dedisse scientiam Scripturarum &c. in Epist. ad Ctesiph. Quid volum miseræ mulierculæ onerare peccatis, quæ circumferuntur omni vento doctrinæ &c.* (2) 2. Tim. III. 6. *Ex his enim sunt, qui &c.* (3) Hil. Diacon. in 2. Tim. IV.

2. PERNICIOSUS nihilominus, quām Juliani regna, fuit Julianus Episcopus Eclanæ, Civitatis haud multum distans Benevento. Immoderatum ejus erroris hujus tuendi studium, quod tantisper occuluerat, totum erupit, cùm anno 418. Proscriptio ni Pelagianorum à Zosimo decretæ subscribere recusabat. Quare ipso jubente de gradu suo dejectus, Italiæque finibus expulsus fuit, unâ cum aliis Episcopis eadem tate aspersis. In Asiam minorem deatus recepit se Mopsuestiæ in asylum, ubi Theodorus eum ultro complexus est. Excessit indè postmodum, at quo cursum direxerit, non constat. Anno 428. recurrat ad Neftorium, cuius tamen subdium nihil impeditivit, quominus exturbaretur Constantinopoli, jussu Theodosii Imperatoris. Revertit in Italiæ, Sixto III. ac deinde Leone fidentibus. Quoniam tamen animum in errore obfirmaverat, vanus fuit omnis conatus, quēm pro sui restitutione adhibuit; quare iterum ejus fuit in exilio. Conscripti plures Epistolas, & libros 4. adversus primum Augustini de Nuptriis, & Concupiscentiis, & octo adversus secundum, cuius verbosi Operis magna pars extat relata ab Augustino in prolixâ illâ responsione, quam ei opposuit, quāque nondum absolutâ vitæ cursum confecit. Interpretatus est Cantica, ediditque alia quædam Opuscula, quorum Beda meminit, allatis pluribus inde fententiis. Est, qui credat, ipsius etiam esse definitiones illas, quarum multa fragmenta habemus in Libro Augustini de Perfectione, quæ plures Celestio adjudicant. Celebres etiam fuere illo ævo 5. libri, quos Theodorus Mopsuestenus contra peccati originalis afferentes ediderat.

III. TRANSITUR iam ad Sectæ hujus dogmata, si suo ea à capite repertæ volumus, necesse habemus consulere D. Hieronymum, quippe qui primus adversus illa itylium acuit. Scribens in Hieremiam, lib. 4. in Præfat. ait: *Subiò hæresis Pythagoræ, & Zenonis ἀπαθείας, καὶ ἀναμαρτησίας, id est impassibilitatis, & impæcantiae, quæ olim in Origene, & dudum in discipulis ejus cœpit reviviscere; & non solum in Occidentis, sed & in Orientis partibus sibilare, & crescere per dies singulos, dum secretè docent, & publicè negant. Sic in Epist. ad Ctesiph. n. 1. afferuit, hæresin hanc omnium hæreticorum venena compl. Et, quæ de Philosoporum, & maximè Pythagoræ, & Zenonis principis Stoicorum fonte manaverunt.*

Atque

Atque hinc est, quod laudaverit dictum illud Tertulliani: *Philosophos extitisse Patriarchas hereticorum, id est Progenitores. Discamus itaque, natam esse Pelagianam heresin ex eo, quod ejusdem Patroni nimio ferebantur studio in Pythagorae, & Stoicorum placita, atque in illam opinionem, quod possit Sapiens virtutis ope acquirere impeccantiam, id est vitam omnini peccati immunem; & animi in omnifortunam constatiam, id est facultatem pravos omnes animi motus se solo extirpandi, quod tantundem est, ac reddendi se impeccantem, & impeccabilem.* Phrasit Ecclesiastica, ac potissimum Augustinianam, ut libro 2do vidimus, id appellavissimum acquirere justitiam, & justitiae perfectionem, id est, non vincere solum concupiscentiam, sed etiam extingui, neque ulli amplius lucre interiori subjaceret.

2. HABEMUS ex Laertio, fuisse hanc ipsissimum opinionem Zenonis, & Stoicorum. <sup>1</sup> *Sapientem esse sine perturbatione animi, propterea quod labi non possit; immo ne dolori quidem fore obnoxium, cum Divinum quid ac ipsu[m] quasi Deum in se habeat.* Majus quiddam ausus est Seneca: <sup>2</sup> *Est aliquid, inquit, quo sapiens antecedat Deum; ille naturae beneficio, non suo sapiens est. Ecce res magna! haberet imbecillitatem hominis, securitatem in Dei.* Affirmavit alia Epistolâ: <sup>3</sup> *Jovem plus non esse, quam bonum virum. Splendida haec & plausibilis insania Pelagianorum rapuit animos. Hinc aiebat de illis Hieronymus: <sup>4</sup> *Quae... potest admissa major esse temeritas, quam Dei sibi non dicam similitudinem, sed aequalitatem vindicare.... Perturbationes, (omnes) affrunt, extirpari posse de mentibus, & nullam fibram, radicemque virtutum in homine omnino redire, meditatione, & assidua exercitacione virtutum. Quibus oppoluit Vir sanctus sententiam Ecclesiastici: *Quid gloriari terra & cinis? & illud Apostoli: Videlicet legem in membris meis repugnantem legi mentis meae; & iterum: Non enim quod volo, hoc ago, sed quod nolo, id operor. Si quod non vult, operatur, quomodo stare potest hoc, quod dicitur, posse hominem sine peccato esse, si velit?***

3. ELUCET hinc, Pelagianos, eorumque confutatores, per <sup>5</sup> *si sine peccato, sive* non intellexisse solum sine peccato proprio, ac voluntario; sed etiam sine involuntario, & improposito; hoc est, quod ho-

mo omnino extinguat concupiscentiam, ejusque pravos motus; quae erat stolida illa arrogantia, quâ directe repugnabant Divo Paulo, qui cum esset vas electionis, consequebatur quidem operari bonum; ut vidimus, non item perficere. Atque id causâ est, cur quandoque dicerent cum Joviniano: <sup>6</sup> *eos, qui plena fide baptismâ consecuti sunt, tentari utrâ, & peccare non posse.* Ridebat tamen ipsos Augustinus, quod prætenderent, *esse in hominis potestate, non pati communes infirmitates.* <sup>7</sup> Ridebat etiam Julianum, quod <sup>7</sup> *tanguam in Celo jam inter Angelos immorta[re] habitas, verba infirmitatis, & mortalitatis irrueret.* Quare haud injuriâ eos comparabat Hieronymus Lucifero dicenti: *Similis ero Altissimo.* <sup>8</sup>

4. ET verò adducebat Pelagius dictum quoddam Sixti Pythagorei, quod nempe homines <sup>9</sup> *pure & sine peccato viventes similis fiant D.o; & Celestius asserebat: <sup>10</sup> Si anima non potest esse sine peccato, ... & Deum subjacere peccato, cuius pars, hoc est anima, peccato obnoxia sit.* Idquod ejus Sectatores <sup>11</sup> perinde intelligebant, ac si ejusdem naturae animam, & Deum, & partem Dei dixisset animam. Nascebatur haec insania à Pythagoreis, & Stoicis. Atque hic erat sensus effati illius Zenonici paulo antea recitati: *habere Sapientes quasi Deum in se ipsis; atque alterius illius: <sup>12</sup> idem esse Deum, & mentem.* Hoc sane pacto Pelagiani confundebant inter se Theologiam gentilem, & christianam, nec unam, nec alteram intelligentes. Enimverò quando Philosophi aiebant, Dei partem esse animam, non id intelligebant de vero illo Deo, quem se agnoscerre profitebantur Pelagiani; sed Dei loco habebant confitam à se animam mundi, (\*) atque hujus universalis animæ hominum mentes esse partes contendebant. Unde quomodo erat possibile confociare hoc sistema cum systemate christiano, & Scripturæ.

IV. ATQUE ita rera se habere, faciemus <sup>Pythagorei</sup> jam manifestum, quod melius intelligatur, <sup>sunt origo</sup> <sup>heresis Pelagianæ</sup> quam merito primos Pelagianismi fontes à Pythagorâ, & Zenone derivârunt Hieronymus. Proditum habemus à Laertio, existimasse Pythagoram, mundum esse animatum, <sup>13</sup> & intelligentem; item animam nostram esse immortalim, quam oquidem & id, a quo abstracta est, sit immortale. Scimus ex

(1) Laert. in Zenon. <sup>τὰς δὴ εἴναι τοὺς σοφὸύς διὰ τὸ δινούσιον εἴναι, εἴδε μὲν λυπηθεῖσθαι τοὺς σοφοὺς &c. δέλεγε τε εἴναι, ἡχεῖ γάρ εἰ εὐτελές λαλεῖ Θεός. (2) Sen. Ep. 53. (3) Ep. 73. (4) Ep. ad Ctes. n. 1. (5) S. Hier. Dial. 3. *Tu cum Joviniano loqueris &c.* (6) cont. Jul. 1. 2. n. 23. (7) I. 6. n. 40. (8) Ep. ad Ctes. (9) ap. Aug. de Nat. & Gr. n. 77. (10) de Gest. Pel. n. 42. (11) ibid. n. 65. (12) Laert. in Zen. <sup>εἴ τε εἴναι</sup> Θεός, γεγονός. (\*) constat haec ex Cic. 1. de Nat. D. & P. Morgues dans le Plan de la Theologie payenne. (13) in I. y. γίνεσθαι οὐκ εἰστιν οὐκέπειρος, νοεῖσθαι &c. διστάσθαι τε εἴναι αὐτοῦ, ἐπειδήπειρος οὐκτοῦ οὐδὲντος τε εἰστιν.</sup>

Minutio Felicee, ex Salviano, & Laetani-  
to, Pythagoram <sup>1</sup> ita definiisse Deum :  
*Animus per universas mundi partes, omnemque naturam conmoneans, atque diffusus; ex quo omnia, quæ nascuntur, animalia vitam capiant.* Quare præclarè ait Cicero: <sup>2</sup> *Pythagoras, qui censuit, animum esse per naturam rerum omnem intentum, & conmoneantem, ex quo nostri animi carperentur, non vidit distinctione humanae animalium dis- cverpi, & lacerari Deum.* Revocatur hic nobis in memoriam Archonticorum hæ- resis, qui in eadem, ut videtur, erant opinione; siquidem Author ille ignorans, qui audit *Prædestinatus*, affrmat, demonstrasse adversum illos Dioscorum Episcopum, <sup>3</sup> *Unum & Verum Deum in partes substantiales dividi omnino non posse.*

2. A B hāc doctrinā non deviarunt Pythagorei veterēs. Ocellus satis celebratus à Platone in Tract. de Natura Universi <sup>4</sup> scripsit, moveū omnia ab Universo, & conservari, & coagamenti; atque ab eodem vitam & animabābēre. Etiā Zeno hauſit à Pythagorā: <sup>5</sup> totum mundum esse animātēm, viventem, & compotem rationis, omnēsque ejus partēm penetrari à mente, ut in nobis sit ab animā. Animatum esse ipse cum reliquis Stoicis ab ipsā nostrā repetebat animā, quippe quae ex ipso decerpta esset. Brevissimē Arianus in Epictetum: <sup>6</sup> Tu es fragmentum à Deo aulūsum; aliquam ejus partem habes in te ipso. Et M Antoninus Imperator: <sup>7</sup> Mens cujusque Deus est, atque ex eo ad nos manavit. Tettis est Plutarchus, communem Stoicorum fuisse opinionem: mundum, astra, & terram Deūm esse. <sup>8</sup>

3. CREDERES cum aliis , omnia hæc merum esse Platonismum : verum ita non est. Quandoquidem Plato mundum ajebat *animatum* , at simul à *Deo fabricatum* , ac proinde ab eodem distinctum . <sup>9</sup> Secutus est Thaleten , qui mundum appellabat *Opus Dei* ; <sup>10</sup> & Timaeum , <sup>11</sup> quita- metsi Pythagoreus , Mundum tamen asse- rebat à *Deo conditum* ; quanquam non sùmæ materia , nullà apud ipsum creationis ex- tante idæ. Verum est , objectam fuisse Pla- toni opinionis inconstantiam à Vellejo

(1) Last. Div. Inst. l. 1. c. 3. Min. Fel. Pythagoræ Deus est animus per universam &c. ex quo erit animatum omnium vita capiatur. v. Salvian. pag. 1. (2) de Nat. D. l. 1. (3) Prædict. l. 1. c. 20. (4) Ocell. Lucan. περὶ τῶν τε πάντων φύσεων. esp. l. 1. ἀντίτιν γαρ τα πάντα εἰπε τα πάντας, καὶ συνημετερη, καὶ βίον ἔχει, καὶ ψυχήν. (5) Laërt. in Zen. τοις εἰναις κοσμοῖς ζῶνται, καὶ ζωντος &c. καὶ λογιστος &c. οὐς αὖτε μέρες διηκόνεις ταῦτα, καθάπερ οὐδὲ οὐδὲ της ψυχῆς &c. οὐδικούς δέ, οὐδὲ οὐδεὶς εἰς της οὐρανίας ψυχῆς οὐδεῖν ζῶνται αποκαταράτος. (6) I. 2. c. 8. σον ἀποστολαρια εἰς της Θεοῦ ζῶνται οὐδὲ οὐδεῖν μέρες οὐδεῖν. (7) M. Ant. l. 12. ὅτι ὁ ικανός της Θεοῦ, καὶ ζῶνται οὐρανοῖς. (8) Plut. de Plat. Phil. l. 1. Οὐοὶ καὶ κοσμος, καὶ οὐδεῖς, καὶ την γην λέγουν. (9) Laërt. in Plat. υπὸ Οὐοὶ κατεκτηματάνοις οὐδικούς τε εἴναι. (10) Laërt. in Thal. ποιησα γαρ Θεοῦ &c. (11) Tim. de Mund. Anim. εποιεῖται δι των κοσμων οὐδὲ μάκτη της γῆς. (12) I. 1. de Nat. Deor. (13) Plat. Tim. ποιεῖται καὶ πατέρα τοῦ παντός, δημιούργον της κοσμοῦ, καὶ τεκτονικόν των οὐρανών. (14) Plat. περὶ της Τιταν. &c. βλέποις εἰς Πλάτωνα πειδόμενον ἀπὸ της Θεοῦ φωνα εἰς την συναρχίαν τῶν οὐρανῶν τοῦτον τοῦ πατέρα κακιών απόφενει. (15) Laërt. in Plat. απάντος δέ περ αὖτε κακιών απὸ της Θεοῦ φωνα εἰς την συναρχίαν τῶν οὐρανῶν τοῦτον τοῦ πατέρα κακιών απόφενει. (16) διὸ δὲ τῶν πατέρων απόφενει ἀρχαῖς, Θεοῖς, καὶ την, ἐκ την πρεσβυτερούς, καὶ αὐτιαν. v. Plut. de Anim. Procr. (17) Porph. Vir. Plot. pag. 2. φύσις πατέραν τον εἰν θεόν Θεον μάκτην προς τὸ εἰς την πατέρα θεόν. (18) Laërt. in Plat. δοκεῖ δὲ αὖτε τοι Θεοῖς, οὐ καὶ την ψυχήν, απόμακτον εἴναι, in Arift, τοι δὲ Θεοὶ απόμακτον απόμακτον καὶ δὲ Πλάτων ... καὶ την ψυχήν δὲ απόμακτον. (19) Aug. de Hæres. hær. 70.

men

men quandoque, ut hæ inter se opinio-  
nes confunderentur. Hinc Tertullianus de  
Anim. c. 23. Platonem appellavit *omnium  
hæreticorum condimentarium*; & Hierony-  
mus: <sup>1</sup> *Utrum lapſa de Cælo fit, ut Pythagoras Philosophus, omn̄esque Platonici, & Origenes putant; an à propriâ Dei substan-  
tia, ut Stoici, Manicheus, & Hispana Prisci-  
llianorum hæresis, ſupſicantur. Stoicorum  
etiam amicus fuit Jovinianus, professus,  
non posse <sup>2</sup> amplius peccare hominem lava-  
cro regenerationis accepto.*

V. PYTHAGORAE, & Zenonis vestigia  
preserunt latini Philosophi, & Poëtae,  
tam in eo, quod crediderint, Deum esse  
universum, quam quod admirerint ani-  
mam mundi, opinati que fuerint, hominum,  
pecudumque animas hujus partes esse.<sup>3</sup>  
Legimus apud Cicer.<sup>4</sup> *Quam vim animum  
esse dicunt mundi, eandemque esse mentem,  
sapientiamque perfectam, quam Deum ap-  
pellant.*

Pacuvius ab ipso relatus: <sup>5</sup>

*Quidquid (ait) hoc est, omnia animat, format,  
alit, creat,*

*Sepelit, recipitque in se omnia, omniumque idem  
est Pater.*

### Ennius in Thyeste:

*Adspice hoc sublime, candens, quem invocant  
omnes Jovem.*

Virgilius: 6

Principio Cælum, ac terras, camposque li-  
quentes,

Lucentemque globum lunæ, Titanique astra  
Spiritus inrus alit, toramque infusa per artus  
Mens agitat molem, & magno se corpore  
miserit;

Inde hominum, pecudumque genus &c.

affirmat item in Georg.

### Deuxième version

*Terrásque, trāctúsque maris, Cœlūmque profundum.*

& in Eclogis utens verbis Arati:

*Touris omnia plena.*

Ita & Cato adiud. Lucanum: 7

upiter est quodcumque vides quo

& Seneca: <sup>8</sup> *Vis Deum mundum vocare?* *nou fallevis; ipse enim est torum, quod vides;* ac proinde Ep. 41. *Tecum est, intus est.* *Quid enim* <sup>9</sup> *aliud voces hunc quam Deum in*

humano corpore hospitantem. Macrobius antiquis Philosophis passim, quid? quod ipsi etiam Tullio tribuit, credidisse ipsos, animam humanam Deum esse.<sup>10</sup> Quanquam hic postremus ex sua sententiâ loquatur modo magis laudabili, <sup>11</sup> appellans Deum Mensem solutam quandam, & liberam, segregatam ab omni correctione mortali &c. alterius, hoc est genere, atque eadem naturâ esse humanam mentem. Nullam hic fecimus mentionem Plinii, viri fortè omnes inter Latinos doctissimi, propterea quod addubitare visus fuerit, certi autem definiērit nihil. <sup>12</sup> Mundum... Numen esse eternum, immensum, neque genitum, neque interitus unquam credi par est, inquit duntaxat. An porro alius sit Deus, in medio reliquit. Quanquam & ipse ad Pythagoream propendebat sententiam: Quare laudavit Hipparchum ut insignem Astrologum, quod nemo magis <sup>13</sup> approba: erit cognitionem siderum cum homine, animasque nostras partes esse Celi. Quod derivatae, ac desumptae sint ex animâ universali, scitè admodum expressit Horatius, cum eas vocavit Divinae particulam auræ. <sup>14</sup>

VI. Non prætermittendum hoc loco  
est, adhibuisse interdum SS. Patres non-  
nullas ex dictis Gentilium sententiis, quod  
spectatis verbis viderentur cum emphasi  
quâdam, & gratiâ exprimere immensita-  
tem, omnipotentiam Dei, & creationem.  
Sic Minutius, & Salvianus in bonam par-  
tem traxere doctrinam Pythagoræ,<sup>15</sup> qui  
Philosophicæ Italicae (sic dictæ ad disci-  
pulum Fonicæ, cuius princeps erat Thales)  
primus author fuerat, quid? quod Philo-  
sophus, quem quasi Magistrum suum Philo-  
sophia ipsa suscepit; in bonam, inquam,  
partem traxere doctrinam ejus, Deum  
per omnes mundi partes fumus esse; ab ipso  
habere vitam omnia animantia; Dei<sup>16</sup>  
plena esse omnia; atque ita nos non solum in  
oculis ejus, sed in fumus vivere. In accipien-  
dis bonam in partem hoc modo illorum  
placitis exemplo præluxit D. Paulus, cùm  
dixit ad Athenienses: <sup>17</sup> Deum non longè  
esse ab unoquoque nostrum: in ipso enim vivi-  
mus, & movemur, & sumus; sicut & qui-  
dam vestrorum Poëtarum dixerunt: Ipsi enim  
& genus sumus. Advertit Clemens  
Alexandrinus, adduci hic ab Apostolo  
Aratum in Phænomenis, idemque post  
ipsum adnotarunt omnes ceteri Commen-

(1) Hier. Ep. 126. (2) hær. 82. (3) Quæst. acad. (4) ap. Cic. de Divin. I. 1. c. 57. (5) de Nat. Deor. I. 2. (6) Aeneid 1. 6. Georg. I. 4. Eclog. 3. (7) Lucan. Pharf. I. 9. (8) Sen. Qu. I. 2. c. 45. (9) Epist. 31. (10) Maer. Som. Scip. I. 2. *Animam Deum & prisci Philosopherum, & Tullius dixit.* (11) Tufic. Disip. I. 1. (12) Plin. I. 2. c. 1. *Mundum &c. & quisquis est Deus, si modò est aliis.* (13) cap. 26. (14) Hor. I. 2. sat. 2. (15) Salv. de Gub. Del. pag. 1. *Pythagoras Philosopherus, quem quasi &c.* (16) Min. Fel. *De cuiuslibet plena sunt, ubique non tantum proximus, sed infusus est &c.* (17) Act. XVII. in *avtòs* *tauwos, kai xiwawos, kai iowos, kai ton tuos kai oikos* *ouias* *ponewos* *stegeos* *te* *tauwos* *te* *tauwos*.

tatores. Sed verè Paulus ad plures hic respicit Poëtas, & non ad unum solum, quemadmodum disertis verbis ipse declarat.<sup>1</sup> Ac primò quidem eò refertur dictum illud: *In ipso vivimus, movemur, & sumus*; quippe quod ipsissimis penè verbis reperitur in antiquo illo Jambico, quod relatum fuit, nullà loci, ex quo desumptum est, facta mentione:

*Vivimus autem in ipso mortales, & movemur.<sup>2</sup>*  
Sic Æschylus, quem non Poëtam solum sed etiam Pythagoreum Cicero vocavit,<sup>3</sup> tam lem se ostendit, cùm ajebat:

*Jupiter Aër est, Terra est, Cælum est,  
Omnia est, & siquid his est superius.<sup>4</sup>*

Eandem fuisse affirmat Herodotus sententiam Persarum,<sup>5</sup> qui totum Celi ambitum vocabant Jovem, ipisque sacrificabant in summis montibus, quod majorem ejus partem illi viderent. Insed etiam hæc idea Cananeorum animos, quare Deus vafari jussit loca illa, in quibus adorabant. *Deos suos super montes excelsos, & colles.* Apparet hinc, quām longè à Philosophicā absuerit idea popularis, & communis de Jove; quippe quæ eundem repræsentabat sibi specie hominis supra nubes eminentis, qui manu teneret fulmen, & torqueret; adeò quidem, ut qui nostrā atate detexit, non provenire ē nubibus fulmina, sed ex imo in altum propelli, evulsus non fuisset inquisitionem illorum temporum, quæ instituebatur Athenis in Areopago. Quasi nimur id genus homo arma maximè propria, verissimumque Divinitatis attributum extorquere voluisse Jovi ē manibus, quem proprio quasi cognomine vocabant Tonantem. Leviore multò de causa tribunal hoc sententiam tulit in re Religionis, cùm urbe ejicit, exiliisque mulctavit Stilponem Philosophum, propterea solum, quod dixerat, *simulacrum Palladis, à Phidiâ fabricatum, non esse Deum.*<sup>6</sup> Melius tamen multò, quām ipsi etiam Philosophi, ob oculos posuit Greg. Nazianzenus, mundum finitum esse, Deum verò infinitum, cùm dixit: *Ipse in totâ bâe rerum universitate est, & extra illam est.* Neque omittemus versus illos Euripedis, qui sunt apud Stobaeum, & habentur latinè in Cicerone:<sup>7</sup>

*Vides sublimè fusum, immoderatum æthera?  
Qui seneyo terram circumvælu amplectitur:  
Hunc summum habeo Divum; hunc perbibeo  
Jovem!*

(1) *Quidam vestrorum Poëtarum dixerunt.* (2) *Ζωεις δὲν αὐτῷ θυτά, καὶ πινεύσα.* (3) *Tusc. Disp. l. 3.* (4) *Æsch. ap Cl. Alex. Ζεὺς ιστιν θεός, Ζεὺς δὲ γῆ, Ζεὺς δέσποος, Ζεὺς τοῦ πατρὸς τοῦ θεού.* (5) *Herod. l. 1. τοι κύλος πάτερ τὸ σεμνὸν Δία κακότος.* (6) *Deut. XII. 2.* (7) *Laënt. in Stilp.* (8) *Greg. Naz. Orat. 1. εἰς τὸν πατέρι τοῦδε, καὶ τὸ πατερός τοῦ θεοῦ.* (9) *Eur. οὐρας τὸν υψος, τοῦτο ἀπειρον ὀντίζει, καὶ νηπίοις ἔχοις ὑρεῖται ἀγαθάταις; τοτεν νομίζει ζῆντα, τούτοις οὐταν θεοῖς.* (10) *Tusc. Disp. l. 1.* (11) *Theon. Progymn. περὶ Κέρεας. Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς τοι τὸν θεόν ιδεῖται ἀφοῖς εἶναι θεόν.* (12) *Arat. Phæn. init. τοι Δίος περὶ θεόντων &c. μετά δὲ Δίος &c. τὸ γατὸν γένος ἔρειν Clem. Alex. prom. l. 5. ἡ μαγ. θεομορφία. Pædag. l. 1. c 10. 23. Pl. CXXXVIII.* (13) *Aur. Carm. Σέιν γίνεται βερούτου.* (14) *Hom. Hesiod. παντες μετέωντε, θεῶντε.* (15) *Jerem. XXIII. 21. Pl. de Trin. l. n. 6.*

Quo factum est, ut existimârit Euripedes, omnem animum, omnem mentem esse, idquod docemur ex Tusculanis: <sup>10</sup> Ergo animus, qui, ut ego dico, *Divinus est, ut Euripedes dicebat audet, Deus.* Ità Theon: <sup>11</sup> *Euripedes Poëta dixit, cuiusque nostrum mentem Deum esse.*

2. A T Q U E ut ad locum Pauli redeamus, adducitur sub ejus finem medius quidam versus Arati, qui ad id, *quod omnia Jovis plena sint, adjunxerat, nos ejus esse progeniem; quo loco interpretatur Clem. Alexandrinus: per creationem;* <sup>12</sup> atque hoc sensu verè Apostolus retulit verba Arati, non sensu Philosophorum, aut Poëtarum, neque illo, quem p̄ie se ferunt versus, quos Pythagoræ ipse etiam Alexandrinus, aut alteri cuidam Pythagoreo alii passim tribuunt, ubi legitur: <sup>13</sup> *Divino generis sati sunt mortales; neque sensu Hesiodi, aut Homeri, quando Jovem plus vice simplifici vocant*

*Patrem hominumque, Deumque. 14*

3. E T I A M de immensitate Dei dicit Genitiles consonare videntur cum phrasi Scripturæ, in quā habetur: <sup>15</sup> *Putasne, Deus ē vicino ego sum, dicit Dominus, & non Deus de longe? Si homo se absconderit, nonne eum video? Nunquid non Cælum & terram ego impleo? dicit Dominus. Deuteronomi 4V. 39. Et cogitato in corde tuo, quod Dominus ipse sit Deus, in Cælo suisum, & in terra deorsum. In Psalmis: Si ascendero in Cælum, tu illuc es; si descendero in infernum, ades. Per quæ ostenditur, ait S. Hier. <sup>16</sup> Deus & fornicatus, & intrinsecus, & infusus, & circumfusus. S. Hilarius: <sup>17</sup> Nullus sine Deo, neque ullus non in Deo locus est. In Cælis est, in inferno est, ultra maria est. In eandem ferè sententiam loquuntur Patres ceteri. In hâc tamen phrasis consensione hinc inter Hebræos & Christianos, inde inter Philosophos, & Poëtas, diversissimus erat ejusdem sensus, & intelligentia: quia uni de vero, immateriato, rerumque omnium effectore Deo, alii de ipso hoc universo, animato, atque animæ suæ, ex materiâ quoque productæ, parte, cum viventibus communicante intelligebant.*

Ex hac tenus allatis perspicue latè ostendisse videmur, primum errorem Pelagii, atque illum, qui ceterorum omnium radix

fuit, ex Pythagoricæ, Stoicæque scholæ placitis reverâ manâsse. Pelagianos item, cùm ex principiis philosophicis deducebant, posse nos, quoniam *ejusdem naturæ*<sup>1</sup> esset *anima*, & *Deus*, & quoniam ipsa *hujus pars* esset, in mortali hoc corpore reddere nos *impeccabiles*, nèdum *impeccantes*, turpiter hallucinatos fuisse confusis inter se veri Dei, & commentitiae mundi anime ideis.

Origenem  
Pelagius  
secutus non  
est.

VII. Quoniam ad impeccantiam, atque impeccabilitatem attinet, vidimus jamtum ex præmisso primo Hieronymi loco, quomodo & ipse tribuerit Origeni, quod veteres secutus fuerit Philosophos. Hinc scripsit ad Ctesiphontem: <sup>2</sup> *Vis adhuc & alium nōsse tui erroris principem? doctrina tua Origenis vanusculus est.* Quo loco agebat de errore credentium, existere finē peccato hominem, posséque ad virtutem perfectam eluctari. S. Hieronymus post suas cum Ruffino controversias, vocavit etiam aliquando Origenem *Amasum Pelagianorum*, <sup>3</sup> asseritque, propriam ipsi opinionem esse, quod *impossibile sit, humanam à principio usque ad mortem non pecare naturam*; & *versus sit possibile . . . ad tantam fortitudinem pervenire, ut ultra peccare non possit.* In quibus omnino inter se pugnantibus sententiis oportet posse cognoscere, quodnam foret genuinum idiomma Origenis, illiusque Tractatūs argumentum. Verū omni ex parte invenimus, longissimè abfuisse Origenem ab eo, ut probaret præcipua conjectaria, quæ ex falso hac atque errore <sup>4</sup> hypothesi derivavit Pelagius: Siquidem Origenes Catholice sensit de peccato Origenis, docuitque, quemadmodū vidimus, quando ejus recensebamus doctrinam, non debere nos nobismet ipsis adscribere, cùm bene operamur, quod ab interiore id gratiā proveniat; non sufficere ad bonam voluntem nostram; Divinam insuper opem requiri, majorēisque ex bonā vitā partem ad Deum, quam ad nos redire. S. Epiphanius cùm agit de Origenianis, virtio verit Origeni, quod ipse ansam præbuerit hæresi Arianæ, non autem Pelagianæ. Quando Pelagius recenset Authores omnes, quos opinionibus suis favere contendebat, ne verbum quidem facit de Origenе; quin potius se ostendit inimicum, atque ab ejus placitis quam alienum, dum ait: <sup>5</sup> *Et si quis aliter credit, Origenista est.* Cui major hāc in re habenda erit fides;

quam D. Augustino? Is autem in tot Operibus, quibus Pelagianorum evertit principia, ne verbulo quidem innuit, quod manasset ab Origene; faciensque tories mentionem Origenis, nullum unquam ei tribuit errorem Pelagianum. Cùm agit de ejus libro, quem inscriptit de *Principiis*, jure reprehendit assertam animarum præexistentiam, miratus summopere, ita loqui <sup>6</sup> *hominem in Ecclesiasticis Literis tam doctum, & exercitatum.* Cùm disputat de Origenianis, postquam dixisset, vindicatum ipsum ab aliis fuisse de imputatis ipsi erroribus circa Trinitatem, & Resurrectionem mortuorum, exponit, opinionem illorum in eo consistere, quod arbitrarentur, debere omnia ad suum aliquando reverti principium; ac proinde etiam damnatos, & dæmones post longam annorum seriem reponendos esse in statum pristinum. At ne voculā quidem innuit, habere quid hanc hæresin cum Pelagianā commune. Ipse etiam Hieronymus hujus peccati non insimulat Origenem, dum pluribus locis ejus errores enumerat. Epistola ad Vigilantium affirmit: <sup>7</sup> *errasse ipsum de Resurrectione corporum, errasse de animarum statu, de diaboli penitentiā, & quod bis maior est, circa Filiū Dei, & Spiritum Sanctum; at non circa liberum arbitrium, aut gratiam.* Quin potius dicitissimis verbis ratum habuit modum, quo Origenes explicaverat obdurationem Pharaonis, eamque difficultatem erodārat. Prodiit admodū nuper Synodica Theophili Alexandrini, inventā in insigni Codice versione Hieronymianā. Initium ejus hoc est: <sup>8</sup> *Arbitror, quod ante nostras literas velox ad vos fama pertulerit, quosdam in monasteriis Nitriæ Origenis hæresim severe, &c.* Pergit deinde ejus enumerare errores, ac ne gry quidem meminit de praesente argumento. S. Hieronymus scribens contra Joannem Hierosolymitanum Episcopum reducit illos ad octo capita, <sup>9</sup> & nullum eorum favet Pelagio, immo postremum illis è diametro est oppositum. Demum in Epist. ad Avitum p. 910, accuratum, prolixumque catalogum perrexens omnium, eorumque plurimorum errorum, qui juxta ipsum in libris *τριπλάσιον* à Ruffino munitis, & non emendatis, continebantur; ut quemadmodū ipse sub finem loquitur: *Siquis eos voluerit legere, quæ sibi cavenda sunt, noverit, nihil admodum memini-*

(1) Aug. de Gesc. Pel. n. 67. (2) Hier. Ep. ad Ctes. edit. Ver. t. 1. Ep. 133. n. 3. (3) Dial. 3. ad fin. *Transire ad Amasum vestrum.* -- In Proem. Dial. (4) vid. Prælim. ad Euseb. Comm. in Psalmos, p. 30. (5) ap. Aug. de Gesc. Pel. n. 10. (6) de Civit. l. 11. n. 22, ubi: *plus quam dici potest, miror, hominem in Ecclesiasticis Literis &c.* Aug. de Haer. n. 43. *sed qui eum defendunt . . . purgatos, atque liberatos regno Dei, lucisque resurui.* vid. de Civ. D. l. 21. n. 17. (7) Hier. Epist. in edit. Ver. 61. n. 2. item n. 85. Ep. 3. *Origenes foriſſime responderet &c.* (8) Hier. ed. Veron. t. 1. pag. 537. (9) ad Pamach. adv. err. Jo. Hierof. (10) Ep. ad Avit. p. 910. *Quisquis igitur hos voluerit legere . . . legat prius hanc librum, & autequam ingrediar viam, quæ sibi cavenda sit, noverit. &c.*

nit eorum, quæ haeresin spectare possint Pelagianam. Quid? quod refert dictum quoddam eidem vehementer contrarium: *Deum in certamen & lucram animas dereliquisse, ut intelligent, plenam, consummatamque victoriam non ex propria se fortitudine, sed ex Dei gratia consecutas.*

*Errore Pe-  
lagii.*

VIII. UTCUNQUE jam se res habeat falsa, philosophicæ prævention, quam hactenus in Pelagianis agnivimus, inventit secum duos alios errores, qui deinceps præcipuum fuerunt & disceptationum, & anathematum arguentum. Scilicet, non dari peccatum originis; neque ad vitam bonam & perfectam opus esse gratiam. Christiana dogmata de peccato originis, de necessitate Divinæ gratiæ ad refendendum concupiscentiae, & quid promerendum, evertebant prorsus suppositam Divinitatis portionem, chimæricam ab omni peccato immunitatem, ac prætensam in arbitrio potestatem non frænandi modò, sed & abolendi pravos motus animi. Quare necesum erat negari à Pelagianis normam originariam, impugnarique necessitatem gratiae. Hinc dixit Augustinus: <sup>1</sup> *Tria sunt, ut scitis, quæ maximè adversus eos Catholicæ defendit Ecclesia; quorum est unum, gratiam non secundum merita nostra dari, quoniam Dei dona sunt... alterum est, in quantacunque justitiæ fine qualibetunque peccatis in hoc corruptibili corpore neminem vivere; tertium est, obnoxium nasci hominem peccato primi hominis &c.* Alio libro <sup>2</sup> pariter dixit: *Tria esse mala, quæ Pelagiani insinuarent, ut homines incautos & ineruditos in errorem impellant: ut negent originale peccatum... ut dicant, gratiam Dei secundum merita nostra dari, ac si gratia jam non sit gratia; & ut dicant, Sanctos in hac vita non habuisse peccatum.* Catholici è contrario asserabant: *originale peccatum... gratiam Dei super liberum arbitrium omnem antecedere meritum... Sanctos non vixisse finè defectibus, perfectamque justitiam, quæ non possit habere peccatum, in aliâ vita futuram eis, qui justè hic vixerint, præmium.*

2. VERUNTAMEN, quemadmodum culpe originarie, & necessitatis gratiæ inficiatio magis incurrebat in oculos atque apertius, subrebat christianorum dogmatum systema, neque illo pacto aut propagnari, aut sane explicari poterat, in binis postissimum his quæstionibus controversæ cœpit constitui *nequos*. Immò hæ duas nefariæ semper, manifestæque haereseos postulatae fuere, alia verò in falsarum potius,

temerariarumque opinionum censu collata; ac proinde ab Augustino interdum in medio relicta, cùm maximè è re esset Catholicæ duas alias extirpari. Sub finem libri de perfect. Just. scripsit: *Siquis existimat, esse statum quendam justorum omnis ex parte peccati, hunc refragari S. Joanni docenti: <sup>3</sup> Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Quodsi verò quis interpretabitur S. Joannem de fomite concupiscentiae, solumque intelligit, non habere eos peccatum voluntarium, næ is creditu difficultia loquitur; quandoquidem in Oratione Dominicæ, que etiam à *V. vivi sanctissimis per solvenda est*, dicitur: *Dimitte nobis debita nostra!* & à S. Jacobo: <sup>4</sup> *In multis offendimus omnes. Nibilominus non nimis hic existimat reludendum.* Immò non vacabat ei disquirere, an possibilis hæc in vita esset perfectio; modò inconcussum quis teneret; quod quandoquidem ea obtenta fuerit, non sit obtenta nisi per gratiam Divinam. <sup>5</sup> *Ubi & quando, ait, plenissimæ justitiæ perficiantur, non nimis curvo; ubi cunque autem, & quando cunque perfecti fuerint, non nisi gratia Dei per J. C. D. N. perfici posse confirmo.* Eodem libro: *Nam neque illud nimis curvo, utrum fuerint hic aliqui, vel sint, vel esse possint, qui perfectam, cui nihil addendum esset, charitatem conquerentur, quoniam id, quod voluntate humana adiutata per Dei gratiam fieri posse confiteor, & defendeo, quando, vel ubi, vel in quo fiat, nimium certare non debo.* Quando itaque Pelagiani dicebant: <sup>6</sup> *posse naturam humanam per se ipsam vim voluntatis, & finem adiutorio Dei justitiam perficere, maximè præ ceteris Augustino displicebat vox illa blasphemæ: posse id fieri finem adiutorio Dei.* <sup>8</sup> *Nam qui dicunt, esse posse in hac vita hominem finè peccato, non est eis continuè incauta temeritate obstantum; & hoc quidem, quia oportet primum inquirere in sensu propositionis, an nimurum intelligatur de peccato proprio, & voluntario; an de involuntario, & improprio; an item cum vel finè adiutorio Divino. Cùm de peccatis voluntariis loquimur, si esse posse negaverimus, & hominis libero arbitrio, qui hoc volendo appetit, & Dei virtuti vel misericordiæ, qui hoc adjuvando efficit, derrogamus.* Unde fatetur Vir sanctus, fieri id posse per Dei gratiam, & liberum ejus arbitrium. <sup>9</sup> *Hoc porro possibile in actum reduci, ipse non credebat, quia majorem habebat fidem Scripturæ, in quâ dicitur Deo: N̄ intres in judicium cum servo tuo, quia in**

(1) *De bon. Perf. n. 4.* (2) *ad Bonif. I. 4. n. 19. & 33.* (3) *de perf. Just. n. 44. Quisquis autem dicit &c.* (4) *I. Jo. I. 8.* (5) *Jac. III. 2.* (6) *de Nat. & Gr. n. 82. & n. 49.* (7) *de Spir. & Lit. n. 4.* (8) *de Pecc. mer. n. 7.* (9) *Si à me queratur, utrum homo sine peccato possit esse in hac vita, confiteor, posse per Dei gratiam, & liberum ejus arbitrium.*

conspicu*tu* *uo* non *justificabitur* *vivens*.<sup>1</sup> Tant*o*que min*us* id credebat de concupiscent*ia*, quia in alter*ā* tant*ū* *vitā* *consumetur*, quod filii carnis, & seculi su*us*, & perficie*ntur*, quod filii Dei, & Spiritu renovati su*us*. Notarum semper volumus, quan*do*cunque de conditione human*ā* quoad peccatum vel actuale vel originale nobis sermo est, communi h*ā*c nomen clatur*ā* complect*ī* nos non velle B. Virginem, quandoquidem Sanctus noster declar*ā*rit:

<sup>2</sup> *De ips*ā* propter honorem Domini nullam pr*ov*is*us*, c*ūm* de peccatis agitur, haberi se velle questionem; unde enim scimus, quid ei plus grat*ā* collat*ū* fuerit ad vincendum om*nī* ex parte peccatum, que concipere ac par*ere* incuit, quem constat nullum habuisse peccatum. H*ā*c ergo Virgine except*ā*, Sanctos om*nī* ceteros, Sanctasque existimab*ā* posse pr*of*iteri, idquod doceri *paulo* ante*vidimus* à D. Joanne.*

**IX.** *Cum omnis itaque controversia ad duo reaps*ta* capita reducta fuerit, ab ill*ā* ducamus initium, quae primum allata fuit in medium; afferente Mercatore in Commonitorio, no*x* originari*ā* impugnationem primum fuisse errorem, qui e*ā* quidem ab h*ā*resi pr*od*erit; siquidem à Theodoro in Cilici*ā* primum propositus, ind*ē* Romam fuerit translatus, *sib*ā* san*ct*ae recordationis Anastasio.<sup>3</sup> Peccatum Ev*ā* & Ad*ā* nocuisse ajebant i*ps*is, non post*er*is; credebant*ā* absurdum hoc satis honestari, si dicent*ā* nocuisse etiam posteris, sed exemplo; ream etiam effecisse eorum propaginem, *sed imitatiōne*; atque hinc dictum fuisse: *peccātū in Ad*ā* om*nī**, tam*et* i*ps*ā delictum propagatum non fuerit, nisi in i*ps*ā transgressione, ad primorum parentum imitatores.<sup>4</sup>**

**2.** *N*on dearent i*ps*is sophistinata ad plement illaqueandam maxim*ē* apposita. Hinc est, quod S. Augustinus Pelagium voc*at* *acutissimum*, & Celestium *ingenium* *subtilissimum*. Neque his inferior fuit Theodorus, omnibus autem fortasse superior Julianus. Ex dictis eorum, quae super*fl*unt, ex Authoribus, qui eos impugn*ā*unt, & maxim*ē* ex D. Augustino colligere

licet, i*ps*os, pr*eter*quam quod gratis pr*et*exebant, non reperi*ri* peccatum originis in Scriptur*ā*, argumentatos fuisse in hunc modum: *Si Ad*ā* nocu*is* bis, quā non peccaverunt, & Christus pro*di*de debu*is* *se* bis, qui non crediderunt.*<sup>5</sup> *Commune enim malum commune possebat remedium.* Igitur quemadmodum his non profuit Christus, it*ā* illis non nocuit Adamus. Perfor*marum* acceptor contr*ā*, quā dicit Scriptura, foret Deus,<sup>6</sup> si in eādem caus*ā* quidam infantes salutem consequerentur, atque alii circa culpam suam ejusdem facerent iacturam. Credibile non est,<sup>7</sup> clementiam Dei, qui proprio Filio non pepercit, quīque nostra nobis peccata condonat; imputare nobis velle aliena. Dari non potest peccatum, quod propagatur in posteros; propterea quod peccatum sit voluntatis; non naturae; & si natura effecta est à Deo, reperiri nequit in ips*ā* malum originis, quīque ista credunt, accedunt ad Manicheum.<sup>8</sup> Si macula ex peccato originis contracta abluitur baptismate, eam non contrahet, qui nascitur è duobus baptizatis, c*ūm* communica*re* non possint illi, quod non habent.<sup>9</sup>

Admittere peccatum originis est reprobare matrimonium; fulcitur enim illo concupiscentia, quae mala esse supponit. Si que nascentes secum adferunt peccatum, sunt opera diaboli potius; quam Dei;<sup>10</sup> dum interim manifestum est, originem nostram non posse, nisi impi*ē* diaboli operibus adscribi.<sup>11</sup> Infans, qui nascitur, corpore constat, & anima. Sed dici nequit, peccatum esse in carne, quia materia peccati capax non est; alioqui sola caro subjaceret peccatum; sed nec dici potest, inesse anima, quia h*ā*c non ex Adamo nascitur, nec transfunditur propagine.<sup>12</sup> Nihil igitur potest trahere ab i*ps*o, aut quovis modo participare peccatum tam antiquum. Creatur*ā* de novo à Deo, è cuius manu prodire imperfectum, aut contaminatum nihil potest.

**3.** *O*mnium harum falsitatum, & sophistinatum constunt*ū* sparsim videre est in SS. Patribus. Quorum sententi*ā* de ex*ist*en*ti*a

(1) n. 8. Magis enim credo Scriptura dicent*ā* &c. (2) de Nat. & Grat. n. 42. (3) Mar. Merc. Com*on*. 1. nec quemquam posterorum s*ūi* pr*æ*varicacione l*æ*ss*ū*, sed s*ibi* r*ati*on*ū* nocu*is* &c. (4) Mar. Merc. eos r*ati*on*ū* reos ill*ā* pr*æ*varicacione teneri, qui h*ā*nc in pr*æ*varicandis Dei mandatis voluerint imitari. Aug. de Gr. Chr. 1. 2. non propagine, sed exemplo. De Nat. & Gr. cap. 9. Peccātū in Adam om*nī*, non propter peccatum nascendi origine attractum, sed proper imitationem dictum est. (5) de Nat. & Gr. ad Bonif. &c. (6) ex Aug. Serm. 294. n. 17. (7) ex Aug. ad Bonif. l. 2. n. 10. Personarum accepio non est apud Deum &c. (8) Aug. Ep. 190. n. 22. ut Deus, qui propria peccata dimit*ū*, imputet alienum. (9) de Gr. Chr. 1. 2. c. 6. quā non natura delictum, sed voluntatis esse monstratur. Libel. Fid. in Aug. tom. 10. App. col. 111. Rennimus narrav*ū* peccatum; vel siquo alio vocabulo nuncupatur, ne creatori Deo irrogemus injuriam. (10) ex Ep. 194. n. 44. quonodo peccatum trānsit in filios fidelium, quod in parentibus non dubitamus dimissum esse per baptismum.... sc. baptismum ruit origina*le* illud peccatum, de duobus baptizatis &c. (11) Op. imp. l. 1. c. 22. Damnato*res* nos esse iniuriam, iniuriosissime clamant. (12) Bed. in Cant. c. 4. Originem nostram non posse, nisi impi*ē* diaboli operibus adscribi. (13) Pelag. ap. Aug. Ep. 190. n. 22. Si anima ex traduc*ū* non est, sed sola caro habet traduc*ū* peccati, sola ergo peccatum meretur. Injustum enim est, ut hodie nata anima non ex m*ass*ā Ad*ā* ram antiquum peccatum posse alienum.

stentiâ peccati originalis & adversus omnes hos paralogismos prolixè recensentur toto hoc volumine, neque in unum colliguntur, ut ordo, quem nobis præfiximus, non interruberetur, neque necesse sit dogmata longiora semel atque iterum repetere. Idque vel eò potissimum, quod ditorum sophismatum nonnulla aliud quoddam fidei caput attingant, ideoque etiam, cùm res alias pertractamus, diluantur. Quædam duntaxat indè delibabitur. Quemadmodum autem ex D. Augustino potissimum errorum hausimus notitiam; ita quoque in ipso præ ceteris eorum reperimus confutationem.

Confutatur ex Augustino.

CHRISTUS adversus peccatum originis, ejusque præcipuum effectum instituit remedium, quod de se prodest omnibus. Multi eo non gaudent, quia illud non consequuntur; dum contrà alii eximuntur peccato, quia id consequuntur. Cùm baptismate lustrantur infantes, juvat Christus etiam illos, qui non credunt nisi fide parentum; undè quemadmodum perfidem posteriorum<sup>1</sup> purgantur, ita priorum peccato fuerunt contaminati: Tributur peccatum nibil committenti, ut fides non respondenti. Acceptio personarum iure postulatur, qui non judicat secundum merita cause; non autem qui, ubi nullum existit meritum, rem suam à debito exigit; quanquam eam donet alteri. Acceptio personarum dicenda non est, quando iniquitus nulla est.<sup>2</sup> Gratia, quæ sit uni ex condemnatis, non pugnat cum iustitia, quæ exercetur in ceteros.<sup>3</sup> Hinc Apostolus eam vocavit *Gratiam* dicens: *Gratia salvi factis per fidem;* & hoc non ex vobis, sed Dei donum est.

Qui improbat, ob peccatum alienum damnari eos, qui sive baptismō moriuntur ante usum arbitrii, secum non reputat, peccatum Adæ profectum fuisse à libero arbitrio, sive quo peccatum non fuisse:<sup>4</sup> Non reputat, dixisse Deum in Exodo & Deuter. retributurum se esse peccatis patrum in filiis, idquod imitationem non concernebat, sed generationem: Non reputat, quemadmodum dicitur in Epist. ad Hebr.<sup>5</sup> *filium Iysrael Levi in lumbis Abraham patris sui fuisse, quando est ille decimatus, & ideo etiam istum in illo fuisse decimatum; ita & in lumbis Adam fuisse omnes, qui ex illo fuerant per*

(1) Serm. 294. n. 17. *Si fide parentum purgantur, peccato parentum polluti sunt. Corpus mortis in primis parentibus generavit eos peccatores, Spiritus vitæ in posterioribus regeneravit eos fidèles. Tu das fidem non respondenti, & ego peccatum nibil agenti.* (2) ad Bonif. l. 2. n. 13. *Acceptio personarum ibi recte dicitur, ubi ille, qui judicat, relinquens cause meritorum &c. Cui vult, donat; sed neminem fraudat, ne acceperio personarum dicenda est &c.* (3) n. 12. (4) Op. imp. l. 1. c. 48. *Si moriantur ante proprie voluntatis arbitrium, propter aliena dicantur peccata damnari. con. Jul. l. 7. n. 28. Non enim & hoc effe peccatum, quod originale traheretur, sive opere liberis arbitrii, quo primus homo peccauit. Op. imp. l. 3. n. 19. Cum ergo dicit: Patrum in filios; non imitationem, sed generationem redarguit.* (5) l. 1. n. 48. ibid. (6) ib. n. 56 (7) de Corr. & Gr. n. 9. *fecit Deus &c.* (8) n. 28. *ut cum tota sua stirpe, quæ in illo adduc posita tota cum illo peccaverat &c.* (9) de Nupt. & Conc. l. 1. n. 20. (10) Serm. 174. n. 9. (11) de Nupt. & Conc. l. 2. n. 11. & 4. (12) con. Jul. l. 5. n. 64. *Non trahere originale peccatum, quia de opere, quod non habet culpam, nasci sicut dicit, culpa dici non potest. Cur ergo de opere Dei, quod &c.*

condi-

*concupiscentiam carnis orituri: Non reputat, non oportere quenquam hoc sibi sumere, ut Deus reddat nobis rationem, ut faciunt stulti illi, qui dicunt: ut quid creat, quos impios futuros damnandos esse præscivit: Nec reputat, sic imputari generatis parvulis in iustitiam primi hominis, quemadmodum imputatur parvulis regeneratis iustitia secundi hominis, quamvis voluntate, atque opere proprio nec illum in malo, nec ipsum in bono repertiantur imitati. Ex quibus omnibus apparet, posse jure optimo dari malum originarium, nec provenire tamen malum à natura, ut condita fuerat à Deo, (fecit enim Deus hominem rectum ab initio) sed ut per voluntarium peccatum corrupta.<sup>7</sup> Peccata ista originalia ideo dicuntur aliena, quod ea singuli de parentibus trahunt, sed non sine causa dicuntur & nostra, quia in illo uno omnes, sicut dicit Apostolus, peccaverunt. Stirps ejus tota erat in ipso,<sup>8</sup> ac proinde & tota cum ipso peccavit.*

*Ex frumento mundo, atque à glumis & siliquis repurgato nascitur nihilominus frumentum cum palea & glumis. Parentes baptizati, & justi, dum filios procreant, eos mundos non efficiunt. Iustitia enim animo insidet, generatio autem est à corpore. Et ita, qui generant, si jam regenerati sunt, non ex hoc generant, ex quo filii Dei sunt, sed ex quo adhuc filii sæculi.<sup>9</sup> Cùm urgeant: Sed quare jam baptizatus homo fidelis jam dimisso peccato generat eum, qui est cum primi hominis peccato? respondebat<sup>10</sup> Augustinus: quia carne illum generat, non spiritu: quod natum est de carne, caro est.<sup>11</sup> Fruuctus nuptiarum homines sunt, qui ordinat inde generantur, non peccata, cum quibus nascuntur. Injuria itaque criminabantur Augustinum Pelagiani, quasi dixisset: opus Dei, hoc est, hominem, qui ex conjugio nascitur, opus esse diaboli. Neque ex eo, quod Dei opus sit, continuo efficitur, non posse problem adferre secum defectum, qui à primo manarit peccato, non Deo. Fuerunt etenim ab ipso Deo conditi & Angeli, & primus homo; & tamen de opere Dei, quod non habebat culpam, nata est culpa Angeli, & nata est culpa hominis.<sup>12</sup> Evanescit in baptismo culpa, at non concupiscentia. De Matrimonio sufficit locus ab Augustino ex Matthæo allatus, ex quo eruit, & hominum*

conditorem, & conjugum copulatorem esse.  
De m.<sup>1</sup>

Origo animarum explicatur difficit.  
CULPA originaria in nos dimidiat ex semine, quo procreamur. Cadit itaque in compositum, quod dicitur homo. Quodsi autem contemplari, atque animo separare volumus partes compositi, alterutro id modo evenire necesse est; aut quod anima & corpus ex homine trahatur, ac proinde vitiatum; aut quod anima de novo a Deo creata, dum vas vitiatum occupat, & ipsa corrumpatur.<sup>2</sup> Utra ex his sententiis verior fuerit, dubitavit semper Augustinus, neque ausus fuit definire. Difficultas tamen, quae est in explicando, quâ ratione hoc peccatum ab uno in alium commigret, fecit, ut primâ potius adhæresceret. Quare Eclamensis ipsum sœpe vocitavit *Traducianum*. Et scribens ad Hieronymum, qui secus sentiebat, identidem flagitabat, ut sibi ostenderet, quomodo hæc opinio defendatur, quâ creduntur animæ non ex illâ unâ primi hominis fieri omnes.<sup>3</sup> Magnis enim, mibi crede, scribit, coarctor angustias, cum ad pœnas ventum est pavulorum. Si tanquam lucerna de lucernâ accendatur, itâ animæ non deriventur ab Adamo. Promptus cetero qui ad amplectendam sententiam Hieronymi, modò se docere possit, quomodo animæ non ex Adam veniant. Quæstio hæc tamen si aperit non decidatur in SS. Literis, credibile tamen est, D. Augustinum, si posterior ævo vixisset, etiam ips'um amplexurum fuisse secundam sententiam, quæ communis evasit in Ecclesiâ, teste Magistro sententiarium;<sup>4</sup> propterea quod alitera proximè videbatur accedere ad opinionem ab ipso etiam Augustino in Tertulliano damnatam. Quare D. Thomas haereticam esse asseruit opinionem, quæ tuerur, animam intellectivam à generante causari, & semine transcondi.<sup>5</sup> Verum quod magis ad rem nostram facit, atque ad refellendu Pelagianorum objecta videtur opportunius, est, quod hæc non tam hujus maculæ existentiam, quâm ejus intelligentæ, atque explicandæ impugnent difficultatem. Quam tamen rem, ut & in aliis fidei capitibus evenir, à credendo nequaquam nos prohibere debere pluribus in locis inculcat Augustinus. *Ego autem, ait, & refellere istorum argumenta non val' an, video tamen inhaerendum esse iis, quæ in Scripturis sunt aper-*

tissima.

<sup>7</sup> Et licet nullâ ratione indagetur, nullo sermone explicitetur, verum tamen est, quod antiquitus veraci fide Catholicâ prædicatur, & creditur per Ecclesiam totam. Utra ex sententiis supra allatis vera esset, se necire fatebatur, hoc tamen <sup>8</sup> sciebat, id horum esse verum, quod fides vera antiqua, Catholicâ, qua creditur, & asseritur originale peccatum, non esse convicerit falsum. Ista fides non negetur, & hoc, quod de anima latet, aut ex otio discitur, aut sicut alia malitia in hæc vitâ sine salutis labe nescitur. Satis itaque ipsi erat, videre perspicue, ac certò peccatum hoc in Scripturâ, scirèque, hanc esse traditionem antiquam, & Ecclesiæ opinionem. Eadem doctrina iterum deprehensa fuit in Epistola nuper reperta in quodam Cœnobio Germaniæ, cuius bona pars modò extabat in Analectis Eugypii:<sup>9</sup> *Patere, ut etiam ipse consulam, quomodo inde anima peccatum originiter trahat, unde originaliter ipsa non trahitur.* Trahere tamen oportet fateri, nè in Pelagianam hæresin detinabilem irruamus. (\*) Fuisse autem verè hæresin, demonstravit sœpius perspicuâ autoritate Scripturæ, sensu Ecclesiæ antiquo, & communio. Dicebat ad Julianum: Baptismate infantes etiam per vos sanantur, liberantur, mundantur, exorcizantur, insufflantur. Sunt itaque si nè illo infirmi, captivi, immundi, & à diabolo infessi. Notavit deinde, dixisse Salvatorem: *Nisi quis renatus fuerit ex aquâ & Spiritu Sancto, non potest intrare in Regnum Cœlorum.* Quid aliud obsecro eos tenere posset in exilio, quæ alia per baptismum macula ablui, quâm originis peccatum? Quid aliud subjecere itidem eos tantis posset doloribus, & periculis, tantâ Dei suppositioni à justitia. Docet Scriptura, baptismate renasci: à quâ igitur morte, si non à morte peccati? *Si salvantur, quid in eis servitius viaculo tenebatur?* &c. *Nisi quis renatus fuerit ex aquâ &c.* Quæ utique mala subjusto, & omnipotente Deo? &c. cont. Jul. 1. 3. n. 8, & 9.

4. Cum peccati originalis inficiatione plures alii copulabantur errores. Docebant Pelagiani, concupiscentiam cetero qui malam non esse, nec partum peccati; sed à naturâ provenire. Docebant,<sup>10</sup> Adamum conditum fuisse mortalem, moriturumque fuisse, etiam si non peccasset. Quod nos omnes morti obnoxii simus, id

(1) de Nupt. & Concup. 1.2. n.9. & 20. Neque nunc agitur de natura seminis, sed de virtu; illa quippe habet auctorem Deum, ex ipso autem trahitur originale peccatum. (2) con. Jul. 1. 5. n. 17. Profecto autem utrumque vitiatum ex homine trahitur, aut alterum in altero tanquam in virtuato vase corumpitur. (3) Ep. 166. n. 8. Hoc certè sensis, quod singulas animas singulis nascientibus etiam modo Deus faciat. n. 10. Obsecro te, quomodo hæc opinio defenditur &c. n. 16. item Ep. 190. n. 15. & 21. (4) in 2. Dist. 9. (5) Si Tertulliani opinionem sequuntur, profecto eas non spiritus, sed corpora esse contendunt. -- 1. Ps. qu. 118. n. 2. Ponere ergo animam intellectivam à generante causari &c. (6) de Pcc. mer. 1. 3. n. 7. (7) con. Jul. 1. 6. n. 11. (8) 1. 5. n. 17. Quid autem horum sit verum, libenter dico, quâm dico; hoc ramens scio &c. (9) ap. Eugyp. c. 345. & inedit. Veron. S. Hier. Ep. 144. n. 10. (\*) f. incurramus. (10) Aug. 1. de Harr. n. 88. Adam dicunt, etiam si non peccasset, fuisse corpore moriturum, neque ita mortuum merito culpa, sed condizione nature.

non ex eo provenire, quod ipse peccarit, sed quod ita fuerimus ab initio constituti. Nasci infantes eodem statu, quo erat Adam ante peccatum; baptismate lustrari infantes, non ut condonentur peccata, sed ut morientes possint proficiere cum Christo in Regnum Dei, id est in primum Paradisum. Transire etiam sine baptismo morientes in alterum, ubi perpetuam gaudent felicitate. Ajebant, haberi quidem in Joanne, non intraturos in Regnum Cœlorum, nisi qui renati fuerint; non autem, carituros vitam, & salute. Admittebant itaque duas æternas felicitates, unam in Regno Dei, alteram foris. Habemus sub finem libri de Gestis Pelagi. Summa ev. vorum Pelagi. ejus opinionum ἀναφοραῖς: <sup>2</sup> Adam mortalem factum, qui sive peccaret, sive non peccaret, moriturus esset ... quod præstatum Adæ ipsum solum laetavit, & non genus humanum. Quod Lex sic mittat ad Regnum, quemadmodum & Evangelium. Quod infantes nuper nati in illo statu sint, in quo Adam fuit ante prævaricationem ... quod infantes, nisi non baptizentur, habeant vitam æternam; quod divites baptizati nisi omnibus abrenuntiant, salitem non consequantur.

X. ALTERUM Pelagianorum principium erat, non indigere hominem Divinam gratiam, ad consequendam justitiam, & implendam sibi solo omnia præcepta Divina cum in nostrâ semper sit potestate vincere tentationes sibi adiutorio Divino; <sup>4</sup> & concessâ semel liberi arbitrii potestate, nostræ voluntationi omnia esse derelicta. <sup>5</sup> Scriptis ad Demetriam Pelagius: <sup>6</sup> Spirituales verò divitias nullus tibi præter te conferre poterit. In his ergo jure laudanda, que nisi ex te, & in te esse non possunt. Habemus ex Bedâ, dixisse de virtutibus Julianum: <sup>7</sup> naturâ illas inchoari; consummari disciplinâ; planè, sicut dixisset de moralibus Gentilis.

2. ET AIM hæc arrogantia ex Gentilium Philosophiâ scaturit; unde Hieronymus Philosophos veneni hujus fontes <sup>8</sup> appellavit. Recolamus hic, fuisse ipsorum doctrinam, non opus habere sapientem, nisi seipso, virtute, & bonis moribus, neque ulli nisi sibi met ipsi hæc quemvis accepta referre. Docuit de his Cicero ex instituto, confiteri quidem homines, se facultates, & vitæ bona à Diis adeptos, virtutem autem

(1) de Pecc. mer. I. 1. c. 20. Conantur parvulis non baptizatis innocentia merito salutem, ac vitam æternam tribuere; sed quia baptizari non sunt, eos à Regno Cœlorum facere alienos. con. Jul. I. 1. c. 5. Et quod infantes in eo statu sint, in quo erat Adam ante peccatum, & etiam non baptizentur, habere vitam æternam. Aug. de Herr. 88. Numeram si non baptizentur, promittunt eis, extra Regnum quidem Dei, sed tamen æternam, & beatam quandam vitam suam. De Anim. I. 2. c. 10. Non Cœlorum Regnum tribuit, sed Paradisum. Op. imp. I. 2. n. 113. Et facit duas æternas felicitates. (2) De Gest. Pel. n. 65. Non similiter recapitulando &c. (3) Aug. harr. 88. Ut sine hac hominem credant facere omnia Divina mandata. (4) ex Serm. con. Pel. ap. Eugyp. Vincere tentationes si volo, & possum, nec Dei adiutorio possum. (5) ex S. Hier. Dial. 3. (6) inter Augg. Ep. 188. n. 4. (7) Bed. Pref. in Cant. c. 4. (8) Epist. 133. n. 1. Quæ de Philosophorum fonte mandarunt. (9) Cic. de Nat. Deor. I. 3. c. 26. (10) Sen. Ep. 41. (11) Hor. I. Ep. 19. (12) ap. Bed. c. 6. (13) cap. 1. (14) de Gest. Pel. n. 65. (15) 2. Petr. I. 4. Ut per hæc efficiamini Divine consores naturæ.

neminem unquam acceptam Deo retulisse. <sup>9</sup> Existimabat ipse, nullam nobis de virtute laudem deberi, si id donum à Deo, non à nobis haberemus. Gratias ait nos Diis agere, cum quidpiam nati sumus fortuiti boni. Nunquis, quod bonus vir esse, gratias Diis egit unquam? .... Fovet optimam maximum ob eas res appellant, non quod nos justos, tempestate, sapientes efficiat; sed quod salvos, incolunes, opulentos, copiosos. Paulò post: *Judicium hoc omnium mortuorum est; fortunatum à Deo potendum, à se ipso sumendum esse sapientiam.* Quamobrem <sup>(\*)</sup> licet Menti de ultra, virtuti, <sup>10</sup> ita legem. & fidei consecremus, tamen hæc in nobis ipsis sita videmus. Ita Seneca stultum est, ajebat, <sup>11</sup> optare bonam mortem, cum possis à te impetrare. Et Horatius quandam ex Epistolis clausit in hæc verba: <sup>12</sup> *Det vitam, det opes, æquum mihi animum ipsi pavabo.*

3. HINC præ se ferebant Pelagiani: Nullam aliam causam nobis difficultatem bene vivendi, facere, quam longam & tiorum consuetudinem, <sup>13</sup> Sanctam, ajebant, <sup>14</sup> nobis, & generosum amorem ab ipso lucis exordio naturâ conciliante i. sicutum, & ad ultimam senectutem solis virilis animi innixum perseverare. Habetus in dictâ superiori Pelagianarum opinionum anacephaleos: <sup>14</sup> *Quod gratia Dei, & adjutorium non ad singulos actus datur, sed in libero arbitrio sit, & in lege, atque doctrinâ. Quod Dei gratia secundum merita nostra datur, & propterea ipsa gratia in hominis sit posita voluntate. Quod filii Dei non possunt vocari, nisi omnino absque peccato fuerint effecti. Quod oblivio, & ignorantia non sufficiant peccato .... Quod non sit liberum arbitrium, si indigeat auxilio Dei: Quod victoria nostra ex Dei non sit adiutorio, sed ex libero arbitrio. Quod ex illo, quod ait Petrus, Divina nos esse consores naturæ, consequens sit, ut ita esse possit anima sine peccato, quemadmodum Deus. D. Petrus <sup>15</sup> ad devotionem nos stimulavit, ut opitulante munere Cœlesti similes demum efficiamur sanctitatis Divinæ, ejusque intuitionis aliquando reddamus participes. At Pelagius Pythagoreis, Stoicisque ideis plenus verba ejus interpretatus fuit sensu philosophico, & gentili.*

4. NON deerant Sophismata, quibus aliquam his erroribus colore illinerent. <sup>Sophismata Pelagiano. rum.</sup>

Asserebant, afferri <sup>1</sup> liberum arbitrium, si nec ipsam bonam voluntatem sine Dei adiutorio habemus. Si nihil ago, inquietabat, <sup>2</sup> absque Dei auxilio... frustre dedit arbitrii potestatem, quam implere non possum, nisi ipse me adjuverit: destruitur enim voluntas, quae alterias ope indiget... quod a' iter liberum non evit, nisi fecero, quod volueo. <sup>3</sup> Nec impossibile aliquid potuit imperare, qui justus est; nec damnatus est hominem ob ea, que non potuit vitare, quia pius est. <sup>4</sup> Aut possibilia Deus mandati dedit, aut impossibilia: si possibilia, in nostrâ voluntate est ea facere, si volumus; si impossibilia, nec in hoc rei suauis, si non facimus, quod implere non possumus. <sup>5</sup>

Si absque Deo, & nisi per singula ille me juvabit, nihil possum agere, nec pro bonis me justè remunerabitur, nec in malis puniet; sed in utroque suum vel recipiet, vel daminabit auxilium. Qui afferit, non posse hominem solum suâ voluntate, atque electione, Divina observare præcepta, accusat Deum, quod naturam condiderit imperfectam. <sup>6</sup> Autorem peccatorum facit Deum, qui afferit, nil hominem per se posse facere. Si adjuvit, & tamen fecimus, quod noluimus; non nos, sed ille supervarus est: sciatem noluit adjuvare, non nostra, sed ipsius culpa est. <sup>7</sup> Quomodo potuit humanum debilitare, vel mutare naturam peccatum, quod substantia caret, ac proinde eam vim exercere in naturam non potest? <sup>8</sup> Vindicta foret materia peccati, si ad hoc peccator inserviatus est, ut plura peccaret? <sup>9</sup> Multi Philosophorum patientiam, castitatem, modestiam, al. àsque de naturæ bono habent virtutes: quanto magis igitur id viderit Christianorum natura per Christum in melius instaurata? Job: <sup>10</sup> Aperuit in virtutibus suis eximiis occultas naturæ divitias, & ex se, quid omnes possemus, ostendit. <sup>11</sup> Ut calumniam verteremus in ipsum auctorem, & levandi reatus gratia ipsam naturam corporis subdebamus infamie, dicentes, duci nos ad peccatum naturâ, non voluntate.

OMNIA hæc Sophismata sexcentis in locis inveniuntur à SS. PP. ac speciatim ab Augustino dissoluta. Adeantur solummodo loca singula, quibus innuitus, hos recenseri errores, & inveniatur ibidem eorumdem confutatio. Cùm historia hæc non aliâ ferme de re agat, supervacaneum faret, & longum nimis etiam hoc loco omnia illa dogmata congerere, quæ toties jam tam oportuit, iterumque oportebit multis in

locis repetere. Possunt hæc difficultates videri rudioribus aliquam veri speciem habere; verum quisquis aliquâ harum rerum cognitione imbutus est, facilè intelligit, his non modò tolli supernum gratiæ adiutorium, sed naturalem etiam causâ primæ concursum. Intelligit, in illis contra Scripturæ doctrinam supponi, quod ex peccato primi parentis nihil ad nos redundârit mali; privari nos libertate, si volumus, & operamur bonum cum Dei auxilio; non concedi nobis à Deo auxilium absolutè necessarium; & qui illud habent, non posse ei resistere, aut deviare à bono. Hæc & alia hujusmodi monstra in dictis oppositionibus aluntur.

2. PELAGIANI, ut tuerentur, gratiam non esse necessariam, errores cumulabant erroribus. Ajebant, Esavum, Jacobum, & alios solum <sup>12</sup> voluntatis causâ esse discretos, ut in eadem natura merita haberent diversa. Affirmabant, naturam nostram non minus vegetam esse, & sanam, quam fuit natura Adami ante peccatum; immò magis etiam: <sup>13</sup> in cuius rei confirmationem aducebant, quod posteri ejus multa obseruent præcepta, cùm ille non habuerit, nisi unum, idque nihilominus violarit. Posse <sup>14</sup> item hominem, si voluerit, omni cavere peccato, atque ita sanctam vitam degere. Obmoventibus autem, non posse evitari noxas leviores ob earum multitudinem, reponebant: <sup>15</sup> Igitur nè levi quidem correptione argui debere, si vitari non possunt, non adverentes, peccata venialia tametsi omnia simul declinari non possint, posse tamet singula. Affirmabant, illud Pauli: *In omnes homines mors per transiit, intelligendum esse de hominibus obnoxis peccato. Abraham, Isaacum, Jacobum, aliosque nec peccasse, nec mortuos esse, afferente de illis Domino: Omnes hi vivunt.* Ridebant dicentes, necessariam fuisse permissionem peccati ad tollendam nobis superbiam, quasi idem foret, ac dicere, voluisse Deum in nobis peccatum, nè esset peccatum. Recensebant multos ex SS. Literis, quorum nulla referruntur peccata, quicque affirmabant fuisse iusti. Siquis autem talis non exitisset, id nostro vitio contingere, cùm præstò sit facultas. Negare homini vires se solo ad perfectionem eluctandi idem ajebant esse, quod Deo imputare, quod <sup>16</sup> aut invidenter, aut non potuerit præstare imaginis sue perfectam sui similitudinem.

(1) ex Aug. Ep. 194, n. 3. (2) ex Hier. Ep. ad Ctes. (3) ex Bed. c. 5. (4) ex Hier. Dial. 1. (5) ex Dial. 3. (6) ibid. (7) Aug. de Nat. & Gr. c. 19. & 24. (8) ex Bed. c. 5. (9) c. 6. (10) cap. 3. item ex Hier. Dial. 3. Ut naturam accuset, & culpam referat ad Deum, qui talen couditum &c. (11) c. 5. (12) de Nat. & Gr. c. 21. Ejus quoque poteris non solum illo non esse infirmiores, sed etiam plura implevisse præcepta, cùm ille unum implere neglexerit. (13) ex Hier. Dial. 3. (14) Etiam hoc Pelagiani audire diceret, hominem justum in hac vita nullum habere peccatum, de boni Pers. c. 5. de Nat. & Gr. c. 12. nè levi quidem &c. Hier. Dial. 3. Si egerint solliciti, posse in aeternum justitiam custodire. (15) Dial. 1.

3. Ex eo, quod credebant, posse nostris nos viribus tentationes omnes superare, consequbatur, quod precationem existimarent supervacaneam.<sup>1</sup> Aut siquando eam admittebant, non eo siebat, ut rogaretur Deus, ut & à peccatis & ab ipsis nobis nos defenderet. Habemus in Sermone ab Eugypio ex parte nobis servato, quomodo orārī Deum,<sup>2</sup> nē ex equo caderent, ne in viâ spoliarentur, aut aliud quidpiam mali fortuiti paterentur; eo planè modo, quo à Gentibus factitatum fuisse vidimus apud Ciceronem. Neutquam verò rogabant, nē laberentur in peccatum, neque ut illuminarentur, quippe quæ à se solis pendere, neque ad id Divinam requiri opem credebant. Pronum est judicare, multis illos Scripturæ locis ad hæc sua tundenda placita fuisse abusos. Hujusmodi erat exempli causā illud Petri, quod Divine nos Deus efficeret confortes naturæ. Quasi id fieri non posset, nūl omnino peccatorum genere liberaremur. Item illud Joannis:<sup>3</sup> *Et præcepta ejus gravia non sunt; planè quasi facilissima, & etiam sine ope Divinā deberent esse possibilia.* Alia item habebant dictamina, quorū non ita frequenter facta invenitur mentio. Fuērunt ex hoc numero duo illa, quæ ex Hilarii Epistolâ retulimus:<sup>4</sup> *Non debere unquam aliquem se obstringere jurejurando, non posse divitem salutem consequi, nisi nuncium opibus remittar.* Ex quibus spiritus superbiæ, qui semper eos inflaverat, denuo eluet.

Pelagianorum frātagemata.

XII. MANCA nimis foret hæc Pelagianorum historia, si non exponeremus frātagemata, quibus ludere mundum conati fuere. Videntes itaque, cohorescere maximam Christianorum partem, cū audiebant, salutem æternam sine Deo obtineri; constricti itidem examinum Synodaliū, & pœnæ metu, callidè mutarunt phrasin, sententiā interim nihil immutatā. Quare multis fecerūt fucum, detectisque nondum insidisi, tantum non omnes in fraudem impulere, adeò quidem, ut ipsi Augustino sub initium tantum non imponeant. Quare scribit:<sup>5</sup> *Etiam nos cū pri- mū legimus, recta, vel corrcta propemodum gaudebamus. Et postea: Tam sunt ambiguæ, ut possint eorum dogmati præbère latibula.* Et alibi:<sup>6</sup> *Mibique pene persuaserat, hanc illum gratiam, de quā quæstio est, confiteri.*

(1) Tantam tribuunt potestate voluntati, ut pietati auferant orationem. ex Hier. Disl. 3. Videris, hominum accusare naturam, ac per hoc invidiam referis in Deum, si tales homines condidit, ut obliuione, & ignorantia peccato carere non possint &c. (2) Eug. ex Serm. 5. p. 159. Rogamus Deum, ne aliquid mali patiamur, quod non habemus in potestate: ne ruam de equo, ne lasso me interficiat &c. Aug. de Haer. 88. deftruant etiam orationes, quas facit Ecclesia &c. (3) 1. Joan. V. 3. (4) in t. Augg. Epist. 156. (5) de Grat. Chr. l. 2. c. 18. (6) cap. 21. (7) l. 1. c. 37. (8) cap. 30. (9) c. 35. (10) c. 33. (11) de Gelf. Pel. c. 10. (12) de Gr. Chr. c. 41. Quām iniquè nos negatione gracie infamare gestierint, qui per totum pene &c. (13) Jul. in lib. Fid. Et fatemur, universa compleri posse per gratiam Christi, quæ omnibus bonis actibus adjutrix semper, & comes est. Sed & si quis dicit, homines sine Dei gratia &c.

2. Et quis non sanam credidisset doctrinam illius, qui palam querebatur, dissimari se injuriā, quasi diceret,<sup>7</sup> posse hominem vivere peccatum, ut Dei excludat auxilium, & que tantum in libero arbitrio confidere, ut gratiæ opem recuset. Illius, qui testabatur, se trecentis foris verisibus<sup>8</sup> nihil aliud, quam Dei gratiam, & auxilium confiteri, nosque nihil omnino boni facere posse sine Deo; illius, qui asserebat,<sup>9</sup> liberum ita se confiteri arbitrium, ut dicat, nos indigere Dei semper auxilio; qui docebat,<sup>10</sup> hominem à peccatis conversum proprio labore & Dei gratiâ posse esse sine peccato; qui jactitabat, quām iniquè<sup>11</sup> nonnulli impugnatae à se gratiæ calumniam sibi impingere conati fuerint, intelligi ex eo facile posse, quod libro integro aliud non egisset, quām eandem confiteri. Quā in dubium illius vocari fides poterat, qui suæ fidei professioni inserebat:<sup>12</sup> *Et fatemur, universa compleri posse per gratiam Christi, quæ omnibus bonis actibus adjutrix semper, & comes est; quicque declarabat, si quis diceret, homines sine Dei gratia, vel adjutorio posse peccata vitare, hunc se graviter detestari.* Atqui hæc fecit Julianus. Demum, complures jactabant propositiones, quæ aut videbantur, aut reip̄a quandoque erant, spectatis verbis, eadem cum verbis & Scripturæ, & Patrum.

3. Hæc observari sufficeret ab iis, qui tantoperè hodiè mirantur, cū vident, damnari propositionem, quæ parum discrepat à phrasī Patrum, quæque in bonam etiam accipi partem posset, si prolata fuisse ab alio, neque mala evaderet ob doctrinæ consensum, & notam alivnde, pluribusque in locis ab ipso Authore explicatam pravam ejus intentionem.

4. NON obstante specioso hoc Pelagianorum loquendi modo, pleni erant hi homines fraudum, & mendaciorum; sententiæque maximè orthodoxæ, & in Ecclesia pañim usurpatæ in eorum ore degenerabant in hærefes; aliud enim promebant ore, aliud peccore clausum circumferabant, sententias hæreticas verbis Catholicis ceu quodam involucro tegentes. Ut suo itaque systemati larvam quandam induceret Pelagius, cœpit primum dicere: necessariam etiam infantibus esse redemtionem, & baptismum, adhibitis iisdem, quæ in adultis usurpari solent,

formulis; <sup>1</sup> sed non per hæc intelligebat, transiisse in ipsos ex primo parente peccatum. Admisit præterea unum cum Celestio, baptizari eos in remissionem peccatorum. Quis crederet, ait Augustinus, sub hac quasi manifesta confessione sensum latere contrarium? <sup>2</sup> Atqui ita erat, eodemque libro negabat Celestius peccatum originis. Videatur caput 6um libri sequentis. Afirmabat insuper Pelagius, Adamum occidisse <sup>3</sup> suos posteros; at posterorum nomine non intelligebat, nisi eos, qui peccant ejus exemplo. Docuit, prodest plurimum Dei gratiam, quia facit, ut libentiū bonum agamus, & faciliū. <sup>4</sup> Sub quo nihilominus intelligebatur, posse etiam sine illa. Dixit, quandoque necessariam ad salutem esse gratiam, & misericordiam Dei; at intelligebat, post peccatum ad consequendam veniam, non antea ad lapsum præventionem. Quid? quod anathema dixit ei, qui <sup>5</sup> vel sentiret, vel diceret, gratiam Dei.... non solum per singulas horas, aut momenta, sed etiam per singulos actus non esse necessariam; sed intelligens per gratiam solum remissionem peccatorum, cuius semper oporteret meminisse, nè quis iterum peccaret. Permittebat, bonam à Deo esse voluntatem, sed quatenus à Deo sumus ipsi. Quando & ipse fatebatur, se existimare, omne bonum ex Divinâ gratiâ profluere, intelligebat per gratiam, <sup>6</sup> non inspirationem dilectionis, ut cognita sancto amore faciamus; neque impulsum interiorem, qui excitet, & vires præbeat: sed gratas illas exteriores, quibus nos cumulavit, & cumulat Deus; quod condiderit nos de nihilo, quod dotârit ratione, quod miserit ipsum suum Filium, quod instituerit præceptis, exemplo, doctrinâ. Neque quisquam, <sup>7</sup> ajebat Aug. cum verecundatus fuerit dicere, per nos ipsos fieri nos justos, non hoc in nobis operante gratiâ. Dicit, quia videt hoc a fidelibus, & piis fieri non posse, cum dicatur: Ad hoc se convertat, ut dicat.... quia legem dedit, quia doctrinam instituit, quia bona præcepta dedit. Cum porro hæc auxilia lumen quidem præbeant intellectui, non item vires voluntati; ex eorum opinione fluebat, sufficere ad salutem, si resplendeat gratia in intellectu, tametli

inde nullis augeatur viribus voluntas. Putant, <sup>8</sup> inquietabat Aug. voluntatem humanam lege datâ ad eam implendam sibi posse sufficere, nullâ super doctrinâ legis gratiâ sanctæ inspirationis adjutam. Dixit Pelagius: <sup>9</sup> operari Deum in nobis velle, quod bonum est, sed non nisi sapientia revelatione, quæ est gratia intellectus, & pro exteriore, ut ipse faciebat, doctrinâ accepta ne quidem est vera gratia intellectus.

5. **CONSISTERE** itaque, ajebant, Divinum auxilium in doctrinâ, aliisque rebus, quas se solis possunt homines efficere. Et cum non possit non mendacium plures semper formas & vultus sumere, apparet ex Epist. quinque Episcoporum ad Innoc. I. quomodo Pelagius <sup>10</sup> gratiam modò appellârit liberum arbitrium, modò remissiōnem peccati; modò præceptum legis, potissimum tamen naturæ eam vocabulo exposuerit; quod cum dicebat, permittebat callide, concedi à Deo gratiam, nullo præcedente merito. Natura nostra, ajebat, cum libero suo arbitrio formata ab ipso fuit merâ gratiâ; unde, quidquid agit naturâ, Divino certè fit beneficio. Tria autem hic distinguebat: *Posse, Velle, & Operari*; affirmans, posse non peccare esse naturæ: quidquid autem naturæ esset, referri in acc. pris debere ejusdem authori. A possibiliitate venire voluntatem & actionem; manare proinde omnia à gratiâ. En tibi ipsissima ejus verba: <sup>11</sup> Primo loco Posse statuimus, secundo Velle, tertio Effè in effectu locamus. Primum illud, id est Posse, ad Deum propriè pertinet qui illud creaturæ suæ contulit; duo vero reliqua, hoc est Velle & Effè, ad hominem referenda sunt, quia de arbitrii fonte descendunt. Ergo in voluntate, & opere bono laus hominis est, in modo & hominis, & Dei, qui ipsius voluntatis, & operis possibiliter dedit, quicque ipsam possibiliter gratiæ suæ ajuvat semper auxilio: Quod vero homo potest velle bonum, atque perficere, solum Dei est. Potest itaque illud unum esse, etiam si duo ista non fuerint, ista vero sine illo esse non possunt. Itaque liberum arbitrium nec voluntatem bonam habere, nec actionem, nullo autem modo possunt non habere possibiliter boni, inest mibi, etiam si noluerit; nec otium sibi aliquando in illo natura recipit. Quem no-

*Tria distin-*  
*gunt Pelagius: Posse,*  
*Velle, Effè.*

(1) ex Aug. de Grat. Chr. I. 1. c. 32. *Et baptismum unum tenemus, quod iisdem Sacramenti verbis in infanticibus, quibus etiam in majoribus, dicimus esse celebrandum.* Plus est, quod &c. infantes in remissionem peccatorum percipere baptismum. (2) cap. 35. (3) in Com. *Quia Adam se solum, & suos posteros incepit.* (4) ex Aug. de Hær. her. 88. *Eam dari hominibus, ut, que facere per liberum arbitrium, facilius possint implere per gratiam.* Bed. in Cant. c. 1. quoniam per auxilium gratie Dei facilius ea perficiere quoniam. (5) Aug. ad Bonif. I. 4 c. 4. (6) Op. imp. I. 1. c. 94. *Gratiam ergo Christi multiplicem confitemur.* Primum minus ejus est, quod facti ex nihilo sumus; secundum, quod, ut viventibus sensu, ita seuenientibus ratione praestamus &c. ipsa gratia legem in auctorium misit &c. (7) de Sp. & Lit. n. 32. (8) Epist. 144. *Quam lege datâ putamus &c.* (9) ex Aug. de Gr. Chr. c. 10. *Operatur in nobis velle, quod bonum est.... dum revelatione sapientia &c.* ex Op. imp. I. 3. c. 144. *Deum adjuvare præcipiendo &c.* (10) in Collect. P. Coutant. Inn. Epist. 28. n. 4. *sive enim dixerit gratiam esse liberum arbitrium, sive remissionem peccatorum, sive esse legis præceptum, n. 6. ut eam esse non dicent, nisi naturam.* De Gest. Pel. n. 41. *Omnino nullam diuinam Dei gratiam, nisi naturam nostram cum libero arbitrio.* (11) ex Aug. de Grat. Chr. c. 4.

bis sensum exempla aliqua faciant clariorem. Quod possumus videre oculis, nostrum non est; quod verò bene aut male videmus, hoc nostrum est. Explicat id clarius alio loco: <sup>1</sup> Quod loqui possum, meum non est; quod loqueror, meum est, id est propriæ voluntatis: & quæ quod loqueror, meum est, utrumque facere possum, id est loqui, & non loqui. Quia verò quod loqui possum, meum non est, id est arbitrii mei, atque voluntatis, necesse est, me semper loqui posse, & si voluerem, non posse loqui; non possum tamen non posse loqui, nisi forte membrum illud adimam, quo loquendi impleri officium potest.

6. REDEAMUS ad locum superius recitatum, ubi ita pergit Pelagius: <sup>2</sup> Et ut generaliter universa complectatur, quod possumus omne bonum facere, d. cere, cogitare, illius est, qui hoc posse donavit, qui hoc posse adiuvat. Quod verò bene vel agimus, vel loquimur, vel cogitamus, nostrum est; quia hæc omnia vertere etiam in malum possumus. Unde, quod propter calumniam nostram sàpere repetendum est, cùm dicimus, bonum posse esse finè peccato, & confessione possibilis est accepta, laudamus Deum, qui nobis hoc posse largitus est. Nec est illi ulla laudanda hominis occasio, ubi solius Dei causa tractatur: Non enim de Velle, nec de Esse; sed tantummodo de eo, quod potest esse, differitur.

INTEGRUM hunc locum servavit nobis Augustinus, quo recitato, Ecce, ait, est totum dogma Pelagi in libro ejus tertio pro liberò arbitrio bis omnino verbis diligenter expressum. Per sophistica ejus integumenta clarè pronicat, quomodo voluerit, bonum esse possibile merà arbitrii virtute. Ex Epist. 5. Episcoporum ad Pontificem constat dixisse: posse hominem esse justum per liberum arbitrium cum adjutorio D. v. in gratia; at quare? quod Deus hoc dedit homini in ipsa possibilitate naturæ. Nihilominus prodit se sophisma in alis ejus dictis ab Augustino relatis: <sup>3</sup> Ipsi non peccand. possiblitas non tam in arbitrii potestate, quæna naturæ necessitate est. Quidquid in naturæ necessitate possum est, ad naturæ pertinere non dubitatur auctorem, utique Deum. Quomodo ergo, inquit, absque Dei gratiæ dici existimat, quod ad Deum propriè pertinere monstratur?

7. IN totâ hæc disputatione Pelagi oportebat diligenter advertere mentem ad erroris zavocatæ optimè nobis indicatum ab Augustino: <sup>4</sup> Non ait: (Apostolus) Deus est enim, qui operatur in vobis posse; tanquam ipsi jam & velle, & operari per se ipsos habeant, nec in his duobus adjutorio ejus indigeant; sed ait: Deus est, qui operatur in vobis velle, & perficere; scilicet, non habetis solam ab eo

potestatem, sed & auxilium ad quamvis operationem, omnèmque sanctam cogitationem requisitum, quóque potestas, quam acceperimus, in actum redigitur, vitamque consequitur. Perperam itaque rem accipit, qui Pelagianismi condemnant Scriptores antiquos, & Patres, quod reperiat in illis, velle, & operari nostrum esse, atque oportere à nobis profici; quandoquidem nunquam illi negarunt, id simul Dei munus esse; atque eatenus duntaxat hæc Pelagiana formula rejecta fuit, quatenus constabat, intelligere ipsum finè adjutorii D. v. indigenit, sciebatürque, quando eam se ajebat admittere, ac dilaudabat, intelligere hæc ipsum de rebus extrinsecis, non autem de interiori, peculiarique voluntatis præparatione; de dato item possibiliter auxilio, non ipsis actibus. Scire quippe debemus, ait eodem paragrapgo Augustinus, quod nec voluntatem nostram, nec actionem D. v. adiuvari credit auxilio, sed solam possibiliter voluntatis, atque operis. Jacitabant nimirum, <sup>5</sup> gratiam sitam non esse, nisi in libero arbitrio, quod nullis suis præcedentibus meritis accepit nostra natura .... adiuvante item doctrinâ. Asserebant, <sup>6</sup> finè gratiæ posse bonum credere, & facere omnia Divina mandata; immò posse suis viribus semel in origine sue creationis acceptis per liberum arbitrium, nihil ulterius adiuvante illius gratiâ, qui creavit, domare, & extinguere omnes cupiditates, tentationesque superare. <sup>7</sup>

ATQUE hæc erat medulla quasi & summa Pelagianæ haeresis; atque in his vertebarunt suscepimus cum iis disceptationes, & torta in ipsis anathemata.

XIII. Imposturæ tam falsæ, tamque perversa dogmata suffocata suis propemodùm in incunabulis fuere; propterea quod èa tempestate non modò vivebant Hieronymus, & Augustinus, verùm etiam quia suscitatus adversus illos fuit Spiritus Ecclesiæ per Synodorum, & Pontificum oracula. Jam inde ab anno 412. dies dictus fuit Celetio in numero Carthaginensi Concilio, quod doceret in Africâ nonnullos ex erroribus jam recitatis, & enumeratis à Mercatore in Commonitorio primo, & secundo. Quare & causâ cecidere; & quia Celestius pergebat errorem tueri, Sacris interdictis fuit. Ab hæc Sententiâ provocavit ad Pontificem: sed cùm Romam iuris videbatur, Ephesum se contulit. Triennio post Joannes Episcopus Jerosolymitanus ex suis coëgit Synodum, fuitque ibidem examinatus Pelagius; qui acres ac vehementes Orosii oppositiones artificiosis, fraudumque plenis propositionibus à se fe-

(1) ap. Aug. de Nat. & Gr. c. 45. (2) ex Aug. de Grat. Chr. c. 4. (3) de Nat. & Gr. c. 51. (4) de Gr. Chr. n. 6. ... nec in his duobus ejus adjutorio indigeant. (5) Aug. de Harr. Harr. 88. (6) Ep. 5. (7) Ep. 177. n. 1.

siciter atmolitus est, exaltationem gratiae pra se ferens, asserensque, non posse nos caovere nobis à peccato citra opem Divinam. Profuit etiam multum Pelagio favor Episcopi, qui Confessui praefuerat, adeo ut aliud nihil decretum fuerit, nisi<sup>1</sup> ut ad Beatum Innocentium Papam Romanum Fratres, & Epistola mitteveretur, universis, quod ille deceveret, securus. Scriptit S. Prosper Carm. de Ingr. P. 1. Pestem subeuntem prima recidit Sedes Roma Petri, sed intelligit de rescissione decretoria, atque ultimā; siquidem non extant Acta Pontifia bis Synodis anterioria.

Synodus  
Diopoli-  
cana.

2. Haud multò post 14 Episcorum Synodus celebrata fuit Diopoli à Palæstinae Metropolitā, in quā pariter interrogatus fuit Pelagiūs. In hac post consueta effugia, oppositum ei fuit, exiisse inter ceteras ipsius, & Celestii discipuli sui propositiones, etiam sequentes: <sup>2</sup> Posse hominem absque omni peccato, & facili negotio Divina obseruare præcepta, modò ut velit. <sup>3</sup> Gratiam Dei, & adjutoriorum non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege, ac doctrinā. Item, Gratiam Dei concedi ob nostra merita, quandoquidem nefas effe eam peccatoribus impetrari. Ex quo efficitur, in meā positum esse voluntate, ut dignius sim. Præterea: Si gratia efficit omnia, peccatum esse culpam gratiae, quae desit, obliuionem autem, & ignorantiam peccato subjace non posse. Ad has aliasque hujusmodi propositiones falsò respondit Pelagiūs, suas non esse, sēque cum exercari, qui has protulisset. Hac stante declaracione absolutus fuit, damnato tamen ejus dogmate, inutile effecta ejus absolutione ute pote in re falsā fundatā; quandoquidem Pelagiūs disseminare magis quam ante perrexit suam hæresin, insuper jaetitans, ab illa Synodo sententiam suam fuisse comparatam. <sup>4</sup>

Concilium  
Carthagi-  
nense.

XIV. VERUM anno sequente novae disquisitioni subiecta, & condemnata fuit ejus doctrina Carthagine à Concilio 69 Episcorum, quod eā de re certiorem continuò reddidit Pontificem, <sup>5</sup> ut Apostolice etiam Sedis adhiberetur auctoritas, ute pote quae Conciliorum Decretis ultimum pondus addit. Ostendebat Concilium, cū Pelagiūs & Celestius ob suam astutiam convinci non possent, aequum saltem esse, damnari eorum doctrinam, & omnes eandem profentes; nimirum: <sup>6</sup> Humanam sibi ad vindicanda peccata, & Dei mandata facienda sufficere voluntatem; & infantes à perditione non

liberari, nec vitam aeternam consequi per baptismum. Eodem anno aliud quoddam Concilium Episcoporum amplius 60. Milevi in Numidia celebratum scriptit pariter ad Pontificem, ostendens necessitatem novo fulmine hanc hæresin feriendi; futurumque, ut qui hāc peste infecti essent, facilius Sanctitatis suæ auctoritati, ute pote de Sacraum Scripturarum auctoritate deprompta, se subiicerent. <sup>7</sup>

2. UTRIQUE Concilio respondit Innocentius; ac primū laudavit Patres Concilii Carthaginensis, quod Sedem interrogando Apostolicam <sup>8</sup> antiquæ traditionis

Responsū  
Innocentii.

exempli servarint, .... suōque judicio deferebentes Patrum infirmita custodierint, qui non bumanā, sed Divinā decrevē Sententiā, ut quidquid, quamvis de disjunctis, remotisque provinciis ageretur, non prius duceretur finendum, nisi ad hujus Sedis notitiam perveniret, ut hujus auctoritate, quae fuerit justa promulgatio, firmaretur. Detestatus deinde est eos, qui sibi se putant debere, quod boni sint ... <sup>9</sup> nos adjutorio negant indigere Divino. Docuit: Nisi magnis precibus gratia in nos implorata descendat, non posse unquam nos vincere. Cujus rei fidem facit S. David, rogans Deum, ut adjutor suus sit, neque se derelinquit; omnes item Sancti, cū profitentur, nibil sibi Deo posse effice. Pergit hic Pontifex optimus: <sup>10</sup> Liberum enim arbitrium olim Adam perperitus, dum suis inconfutabili uitiorum bonis, cadens, in prævaricationis profunda demersus est, & nibil, quemadmodum inde surgere posset, inventus; sedque in aeternum libertate deceptus, hujus ruine jacuisse & oppressus, nisi eum post Christi pro sua gratia relævasset adventus; qui per novæ regenerationis purificationem omne præteritum virium sibi baptismatis lavacro purgavit. Pontifex hæc periodus appellata fuit à S. Augustino: Sedis Apostolica Sententia clavisima. <sup>11</sup> Pergit eadē Epistolā: Et ejus firmans statum, quod rectius stabilius que procederet, tamen suam gratiam in posterum non regavit. Nam quamvis redemisset boninē à præteritis ille peccatis, tamen sciens, iterum posse peccare, a reparationem sibi, quemadmodum posset, illum & post ista corrigere, multa servavit. Quotidianā præstat ille remedia, quibus, nisi freti, consisque nitatur, nullatenus vincere humanos poterimus errores. Necesse est enim, ut, quo auxiliante viuimus, eo iterum non adjuvantur vincamus.

3. Laudati etiam ab ipso fuere Patres Milevitani, quod fuerint secuti Regulam antiquam toti orbi christiano communem,

(1) Oros. in Apol. c. 2. (2) Idem. c. 1. (3) de Gest. Pel. c. 14. (4) de Gest. Pel. c. 30. Quatuordecim Episcoporum Sententia definitio nostra comprobata est. (5) inter Innoc. Epist. 26. n. 1. ut Statutis nostra mediocritatis etiam Apostolicae Sedis adhuc beatur auctoritas. (6) n. 6. (7) Epist. 26. n. 3. (8) Innoc. I. Epist. 29. n. 1. n. 3. & 4. (9) n. 7. (10) ad Bonif. l. 2. c. 4. quid ista Sedis Apostolica Sententia clarius, atque manifestius.

perendi nimirum responsa ex fonte Apostolo-  
lico, maximè quando agitur de re fidei.<sup>1</sup> Adduxit opportunè versiculum Psalmi  
quasi in Pelagianos prolatum: <sup>2</sup> *Ecce ho-  
mines, qui non posuerunt Deum adiutorem sibi!* Afferuit, ex totâ apparetæ Scripturâ,  
*Voluntati liberæ non nisi adiutorium Dei es-  
tendunt, eamque nihil posse, cùm ope est  
destituta Cœlesti. Pelagium, & Celestium ap-  
pellavit inventores vocum novarum, quæ si-  
cuit dixit Apostolus, *adificationis nihil, sed ma-  
gis vanissimas consuverunt pavere questio-  
nes.*<sup>3</sup> In utraque Epistolâ ratam habuit  
eorum procriptionem, separationemque  
à grege fidelium: *Ecclesiastici eos commu-  
nione privandos, Apostolici vigoris auctoritate  
censens, donec resplicant.*<sup>4</sup> Ad haec tenus  
narrata respexit Augustinus, cùm scriptit:<sup>5</sup>  
*Item enim de eâ causa duos Concilia missa sunt  
ad sedem Apostolicam; inde etiam Rescripta  
veniunt; causa finita est: utinam & finem  
aliquando error habeat! His actis dece-  
dit Innocentius, mense Martio, ad an-  
num 427.**

Celestii do-  
lus, & hypo-  
critis.

XV. SUCCEDENT E huic Zosimo, Celestius  
se Romam contulit, probitatèque tantisper  
similatâ, Catholicum se, & promptum ad  
subscribendum omni S. Sedis iudicio iacti-  
tavit, ac falso demum assertionibus con-  
suètisque fraudibus conciliavit sibi ex parte  
animum Pontificis; idque vel eò magis,  
quod his omnibus respondebant Epistolæ  
Pelagii sanctorum propositionum plenæ,  
adjutæ à Prailio Jerosolymitano Episcopo,  
Pelagii Patrono. Adjunxit Epistolæ Pela-  
gius Professionem fidei, quâ fatebatur,  
baptismum iisdem Sacramenti verbis in  
infantibus, quibus etiam in majoribus, esse ce-  
lebrandum.<sup>6</sup> Dixerat in alia: baptizari de-  
bere in remissionem peccatorum secundum  
Regulam Ecclesiæ universæ; quibus verbis  
confiteri videbatur peccatum originis,  
quandoquidem aliud incurrisse non pote-  
rant infantes. Asfirmabat, arbitrium qui-  
dem esse liberum, nos tamen *semper Dei iu-  
digere auxilio;* quo videbatur profiteri dog-  
ma Catholicum, quod alii proponi verbis  
non solet. In has propositiones recte cade-  
bat, quod de aliis similibus, quæ non cala-  
mo quidem, sed ore Pelagiano effluxerant,  
dixerat Augustinus: <sup>7</sup> *Quisquis hæc audit, &  
sensum ejus ignorat... omnino eum putat hoc  
sentire, quo i veritas habet.* Immò de aliquâ  
ex his ipsis loquebatur, cùm scriptit: <sup>8</sup> *Quis  
post illa verba putaret, eis de hâc re ullam mo-  
vendam esse questionem? Validissimum tamen  
pro ipsis momentum erat, quod semper fi-*

niebant implorantes correctionem, si quis  
in scribendo obrepisset error; *omnia, quæ  
S. Sedes damnaret, damnaturos se promi-  
tententes.*<sup>9</sup>

2. CO EPITITAQUE ADDUBITARE ZOSIMUS, AN-  
NON FORTASSE EX CONCEPTO IN PELAGIUM ODIO  
NONNULLI SUO ANTECESSORI OBJECISSENT GLAU-  
COMA; CREDIDIRQUE, TENERI SE NOVAM INSTI-  
TUERE DISQUISITIONEM. DUAS HAC DE RE EPIS-  
TOLAS SCRIPSI AD EPISCOPOS AFRICÆ, QUIBUS  
OSTENDIT, SATIS SIBI PERSUASAM ESSE PROBITA-  
TEM PELAGII & CELESTII, EORUMQUE REDITUM  
AD SINUM ECCLESIAE, EXPOENS PORRO, QUÂ  
TENERITUDINE ANIMI IN EXAMINIBUS HABITIS  
OMNES ADSTANTES PIAS EORUNDUM AUDIERINT  
DECLARATIONS; NEQUE ESSE ULLUM IN SCRIP-  
TIS ILLORUM LOCUM, IN QUO DEI GRATIA VEL AD-  
IUTORIUM PRÆTERMISSE FIT.<sup>10</sup> QUAMOBREM  
JUBEBAT INTRA BIMESTRE ROMAM VENIRE AC-  
CUSATORES, UT ILLIS PRÆSENTIBUS NOVA SUSCIPI  
DISCUSSIO POSSET; OMNI INTERIM SUSPENSIO  
JUDICIO, NEQUE IDCIRCO ABSOLUTIS PELAGIO,  
& CELESTIO. EX QUO LIQUET, FALSUM ESSE,  
QUOD QUIPPIAM EGERIT CONTRA SENTENTIAM IN-  
NOCENTII; QUANQUAM ID LEGATUR APUD FACUN-  
DUM SCHISMATICUM, AVIQUE POSTERIORIS  
SCRIPTOREM. INNOCENTIUS EOS TANTIS PER  
DAMNAVERAT, DUM SE EMENDARENT. ZOSIMUS  
ARAM HABUIT DOCTRINÆ CONDEMNATIONEM,  
CATHOLICAM ILLAM APPELLANS, ALTERIQUE OPO-  
POSITAM. QUOD PERSONAS PORRO, CUM HO-  
MINES ISTI SE RESIPUISSE PROFITERENTUR, CON-  
VOCAVIT ACCUSATORES, UT AUDIRET, QUAM HA-  
BERENT CAUSAM EOS TRADUCENDI TANQUAM  
IMPOSTORES.

3. ALLATIS HIS IN AFRICAM LITERIS, REI  
GRAVITAS FECIT, UT EXIGUO TEMPORE COGERE-  
TUR EX VARIIS PROVINCIIS 214. EPISCOPORUM  
CONCILIUM, QUOD, UT HABEMUS EX PROSPERO,  
STATUIT: <sup>11</sup> *PER VEN. EPISCOPUM INNOCEN-  
TIUM DE B. PETRI SEDE PROLATAM MANERE SEN-  
TENTIAM, DONEC APERTISSIMAM CONFESSI NE FATEAN-  
TUR: ADIUVARI NOS DIVINÂ GRATIÂ PER JESUM  
CHRISTUM IN OMNIBUS ACTIONIBUS; NON SOL-  
LUM AD COGNOSCENDAM, SED ETIAM AD OPE-  
RANDAM JUSTITIAM, ADEO QUIDEM, UT sine illâ  
NIL POSSIMUS FACERE, NEC COGITARE, NEC DI-  
CERE, QUOD AD VERAM PERTINEAT PIETATEM.  
AD HÆC TEMPORA RESPESIT HIERONYMUS,  
CUM DIXIT DE HIS OPINIONIBUS: *QUE OLM ROMÆ,  
& DUDUM IN AFRICA CONDEMNATA SUNT.*<sup>12</sup>  
DE OMNIBUS, QUÆ GESTA ERANT, CONTINUO  
PONTIFICEM CERTIOREM REDDIDIT CONCILIUM,  
PRIUS ETIAM, QUAM BIMESTRE EFFLUPERET.  
NEQUAMILLUD DISCREPABAT A MENTE PONTI-  
FICIS, QUIA NON COGITABAT AD FIDELIUM COM-  
MUNIONEM EOS RECIPERE, NISI VERE ORTHO-  
DOXOS.*

(1) Epist. 30. n. 2. *Antique scilicet Regula forum fecuti, quam rato semper ab orbe.... de Apostolico fonte  
petentibus &c.* (2) P. L. I. 9. (3) n. 4. & 6. (4) ibid. (5) Serm. 131. n. 10. (6) Libell. Fid. in Ang.  
tom. 10. App. p. 96. (7) de Gr. Car. I. I. n. 2. (8) ibid. I. 2. n. 8. (9) I. 2. n. 8. (10) Zos. Ep. n. 2. *Ef-  
fus ulla locus, in quo Dei gratia &c. .... quare intra 2dum mensem aut veniant, qui presentem redar quant  
aliter sentire &c. ... à vinculis tamen Excommunicationis nondum creditus est esse solvenaus.* (11) Prosp. con.  
Collat. c. 10. (12) Dial. 3.

doxos. Non liquet satis, quid eā porro in rē tunc actū sit, propterea quōd multa intercederint monumenta; videtur tamen Zosimus, quō tempore hāc discutiebantur in Africa, idem Romē ob exhibitum à Paulino Diacono libellum supplicem adversus Celestium, pro ea ac par erat praeftissi, ejusque fraudes jamfum detexisse. Quandoquidem Paulinus pluribus libellis aperuerat pravum propositionum illarum finem, quā in seip̄is sp̄ectatā esse poterant Catholicae. Videmus ex libello Paulino, quomodo hoc in exāmine ad omnēm praevertendam fraudem ad ipsum dixerit Papa: *Damas ergo illa omnia, quā in libello Paulini continentur? Cognovisti, quales Literas dederis Sedes Apostolica ad Fratres, & Episcopos Africāe provinciā? Damas illa omnia, quā nos damnamus, & renes omne id, quod nos tenemus? Et postea: Nolo, nos circuitū ducas: damas ea omnia, quā tibi objecta à Paulino, sive per famam jāctata sunt?* Ex his apparet, tum temporis modō Pontificem infidias agnovisse; unde eodem libello ait Paulinus: *Oportuit ore duorum Pontificum hanc hæresin damnari.*

4. CONSTAT ex Epistola Pontificis ad Africanos Episcopos,<sup>2</sup> noluisse ipsum ullo pacto præcipitare Sententiam; sed certiores reddidisse de habito Romā in integrā Celestii fidem exāmine, cuius effetus aliis non erat, quām ut Romam accerferentur, qui asserebant, aliter ipsum sentire, quām libellis scriberet.<sup>3</sup> Ex ejusdem ad Concilii Episcopos Responsoriis colligere licet, veritos eos fuisse, nē Papa præftitā plane Celestii sermonibus fide de mūtādis superioribus cōgītaret Decretis. Verū certò ipsis affirmat Pontifex anno 418. mēnse Martio,<sup>4</sup> q̄iamvis Patrum trāditio Apostolica Sedi auctoritatem tantam tribuerit, ut de ejus iudicio dīceptare nullus auderet; idque per Canones semper, Regulāque servacerit, & currens adhuc suis legitus Ecclesiastica disciplina Peri nomini, à quo ipsa quoque descendit, reverentiam, quām debet, exerceat; volūtissē tamen se etiam ipsis in consilium adhibere de omnibus; arque hīc significare, nihil se... immutāsse, sed in eodem cuncta reliquissē statu. Totum hoc Zosimi factum aliis multō coloribus à nonnullis fuit adumbratum. Verū quid obmoveri possit contra testimonia hāc adeō perspicua & illud Augustini, affirmantis, grātia de Zosimo conquestum fuisse Julianum, quia doctrinā Apostolicae, & sui Decessoris

Sententia noluit refragari.<sup>5</sup> Non expēderunt hāc loca omnes ii, qui persuadere hominibus conati sunt, errāsse hunc Pontificem; retractando ea, quā Innocentius decreverat, & comprobando Professionem fidei, quā negabatur peccatum originis. Primus libellus Pelagii nihil continebat, quod de se orthodoxum non esset; sed vi- tiosus dūntaxat appellari poterat ob latēs ipsius & Celestii omnia hāc male interpretandi consilium. Hinc habemus ex Augustino, lib. de Gr. Chr.<sup>6</sup> quōd *w̄s̄ fūerit ad tempus aliquā dīcerē, quod fidei Catholicae conveniret; sed illam Sedi usque in finem fālē non p̄vāluerit.* Deceptio hāc nata erat ex eo primum, quod Catholicē loquentes animi sensa occultarent. Hoc autem non est falli doctrinā, nec dogma errorē comprobare; sed interiorem obvolutāmque hominū maliūtam, quā foli Deo patet, non introspicere. Ceterū Zosimus non edidit in libellū hunc Decretum ullum approbans; sed dūntaxat judicavit, debere in homines istos novum institū exāmen, idque eō magis, quia, si vere resipuerant, & dolebant, debebant in finū Ecclesiae iterum admitti, quanquam antē peccasset. Testis est Augustinus, quōd Zosimus, ubi vidit Celestium ponere personam, ac sic pronum in pejora animū prodere, *multum misericōr̄s... donec si fieri posset, resipiceret, maluerit eum sensim suis interrogationib⁹, & illius responsiōnib⁹ colligare, quām dīstrictā ferire sententiā.*<sup>7</sup> Cum his autem quo pacto conciliatur, quōd opinio hæresin non agnoverit, idquōd modō quidam non vereatur ei opponere? Demum docet nos idem Augustinus: *Pelagianam hæresin cum suis audīribus ab Episcopis Romanā Ecclesie, prius Innocentio, deinde Zosimo, cooperantibus Conciliorum Africanorum Literis, convictam fūisse, atque damnaram.* Unde neuter Pontifex ab alterius opinione dissensit.<sup>8</sup> Quenam tandem Epistola veneranda mēmoria Pape Zosimi, quā interlocutio reperitur, ubi præcepit, credi oportere, sīne ullo vitio peccati originalis hominē nasci? nūquam proīsus hoc dixit, nūquam omnino confiūit. Voluntatem autem emendationis præ se ferente Celestio, hūjusque desiderium ostendente Zosimō, voluntas emendationis, nō fūt̄is dogmatis approbata est. Ita loquitur Augustinus. Et tamen Zosimo errorem impingere non erubescit is, qui nōn nisi ex Augustini se ore loqui jaētit. Scriptis

(1) in collect. P. Cout. Zof. Ep. 8. n. 2. (2) Zof. Ep. 2. n. 6. Unde in p̄fensi causa nihil præcox, immaturāmque censūm, sed innoeſcere Sanctitati Vestrae super abſolutā Celestii fide nostrum exāmen.... quare in rā 2āū mēsem aut vēnīat &c. (3) ibid. (4) Ep. 12; n. 1. & 2. (5) con. Jul. I. i. n. 13. & rāmen ejus Successorem criminē prævaricationis accusat, quia doctrinā Apostolicae &c. (6) de Gr. Chr. 1. 2. n. 7. sed multū misericōr̄s memorata Sedi Antif̄s, ubi eum vidit... donec si fieri posset &c. (8) Retr. I. 2. c. 50. & Epist. 190. n. 22. (9) ad Bonif. I. 2. n. 5.

D. Prosper adversus Cassianum, si ejus opinio non longè à Pelagianis disjuncta vera fuisset, errasse Sacrosanctam B. Petri Sedem, quæ ad universum orbem Papæ Zosimi ore loquens eandem proscriptit; scriptitque, eundem Pontificem adversus hujusmodi impietatem gladio Petri dextras omnium armas fe Antifitum.<sup>1</sup>

Concilium  
Carthaginense.

XVI. A i Carthagine habitum fuit quamprimum conforme menti Pontificiæ Concilium. Huic tribuuntur octo aut novem Canones, qui extant, atque à Zosimo probati ac dilaudati fuere. Anathemate igitur in his seriebatur, qui diceret: <sup>2</sup> 1) Adamum conditum esse mortalem; moriturumque etiam fuisse finè peccato, necessitate naturæ. 2) Non contrahere infantes peccatum originis ex Adamo. 3) Dicto illo: *In domo Patris mei sunt mansiones multæ, innui, locum quendam medium in Regno Cælorum, in quo beatè vivant infantes finè baptismi defuncti.* 4) Valere duntaxat Dei gratiam ad peccatorum remissionem, non item ad juvandum, nè committantur. 5) Eandem ad non peccandum nos juvare, faciendo, innotescere nobis precepta, & ea, que agi oportet; non item faciendo amare & exequi id, quod faciendum cognovimus. 6) Iustificationis gratiam concedi nobis, ut facilius imperata faciamus. 7) Illud Joannis: *Si dixevimus, quia peccatum non habemus, nos ipso decipimus;* intelligi debere non perinde ac si ita reipsa esset, sed solâ dici humilitate. 8) Cùm dicitur in Oratione Dominicâ: *Dimitte nobis debita nostra,* id cùm à Sanctis profertur, non de ipsis intelligi, sed de peccatoribus. 9) Has voces à Sanctis proferri solâ modestiâ id suadente, non jubente veritate. Tertius Canon in multis Codicibus non reperitur; videtur tamen, illius mentio fieri à D. Augustino, cùm dicit, damnatos à Conciliis, & Pontificibus fuisse Pelagianos, quod dederint *non baptizatis parvulis quietis & salutis locum, etiam si præter Regnum Cælorum.*<sup>3</sup>

Julianus  
provocat ad  
Concilium  
œcumenicum.

2) H A U N multò pôst, dilapo clam Celestio, prodiit celebris illa Decretral Zosimi, servata nobis à Mercatore, quæ *Traæctoria* dicitur, <sup>4</sup> & per totum orbem christianum missa fuit, quæque, utpote admodum prolixa compleætahatur veram doctrinam, Canonum Africanorum comprobationem, causamque totam unâ cum proscriptione Celestii, juxta ac Magistri sui Pelagi. Re-

(1) Prosp. con. Coll. c. 5. & 21. (2) Concil. Carth. an. 418. Ut quicunque dixerit, Adam &c. (3) de Animâ, l. 2. c. 12. (4) in Comin. que *Traæctoria* dicitur, quæ Celestius, Pelagiisque damnati sunt &c. *Abeatæ mem. prædicto Zosimo Episcopo, scriptis amplissimis per damnatus est, in quibus & in a capitulo &c.* (5) August. 10. App. p. 113. *Abenium damnationem ob Dei timorem subscrivere non audemus.... locumque defensioni occipiunt &c.* Hec autem omnia.... ipsi etiam, de quibus ista jactantur, falsi sibi objecta testantes libellis propriis damnaverunt.... Docti per Scripturas, humanam voluntatem præcepit Dei non debere præferri.... Cetera sit Sanitas Vetus, nos ad audiendum plenaria Synodi provocare. (6) Op. imp. l. 2. n. 103. (7) ad Bonit. l. 4. n. 34. (8) ibid. (9) Merc. p. 33. p. 138. Non solum imperialibus legibus, sed & sacerdotalibus Statutis &c.

citatis ex eâdem quibusdam periodis subdit Augustinus: *In his Sedis Apostolice verbis ita manifestè & dilucide apparet antiqua & fundata fides Catholica, ut de eâ dubitare Christiano non licet.* Atque hæc fuit Sententia decretoria in tam gravi lata negotio. Dederavit Pontifex subscribi Epistolam suam ab omnibus Episcopis, eamque misit in omnem partem, exploratus hoc pacto, numquis forer Episcoporum hâc peste afflatus. Et sanè 18. fūrē, qui condemnationi recusârunt subscribere. Coryphaeus eorum fuit Julianus, qui omnium nomine poscebat inductionem Concilii œcumenicæ; missa à Pontificem prolixâ satis Scripturâ, quasi Professione fidei optimarum doctrinarum, sed ad propositum non facientium plenâ; in quâ nihilominus noxæ originalis inficiatio luculenter promicabat. Profitebatur in eâdem, integrum sibi non esse, <sup>5</sup> hominum eorum proscriptioni suffragari, qui in locis longè dissitis contra fas omne judicati essent, nullo defensionis loco concessâ, quandoquidem extarent Catholici complures & probi ipsorum libri, quibus ipsi etiam damnati errores recens rejeccos damnassent. Affirmabat, nefas esse, humana Decreta Divinis anteferri Præceptis, quæ à Scripturâ docemur; texensque longam locorum sibi in speciem faventium seriem declarabat, ad œcumenicum se provocare Concilium; quas etiam nœnias pluribus post annis denuò occinuere. Quamobrem dicebat ad Julianum Augustinus: <sup>6</sup> *Quid adhuc queris examen, quod jam factum est apud Apostolicam Sedem?* & paulò pôst: *Damnata ergo heresi ab Episcopis non adhuc examinanda, sed coercenda est à Potestatis christiani.* Explosit alibi eorum superbiam, quod hanc sibi captare intelligerentur gloriam, quod propter illos Orientis, & Occidentis Synodus dehabet congregari; <sup>7</sup> ut si pervertere nequirent orbem Catholicum, comoverent saltum ipsum, ac conturbarent.

D O C U I R eodem tempore, necessariam, de cætero ad condemnandam heresin non esse congregationem Synodi, cùm potius rarissima inveniantur, propter quas damnandas necessitas talis extiterit. <sup>8</sup> Finis rei hic fuit, ut Julianus Apostolicâ Sententiâ, ut author est Mercator, fuerit exaucitoratus, Imperatoriâ verò non tantum suo dejectus gradu, sed universâ etiam Italiâ expulsus.<sup>9</sup>

3. N O P E R A M Pelagi proscriptiōnem

Dammatur,  
& Italiâ  
ejiciuntur.

alia

alia denuo in Palæstinæ, quò confugerat, excepit, auctoritate celebratæ ibidem Synodi sub Theodoro Episcopo Antiocheno, adè quidem, ut illa exturbatus provinciæ fuerit. Vedit Mercator literas, quas hæc de re ad Pontificem dedere Theodorus, & Episcopus Jerosolymitanus. Nec remisit in subsecutis Pontificibus hæc sollicitudo. Celestinus, cui, ut scribit D. Prosper,<sup>1</sup> ad Catholicæ Ecclesiæ præsidium multæ Dominus Anna concesserat, impensè rogatus fuit à Celestio, ut suam secundis curis revideri causam curaret; at ille potius dedit operam, ut ejiceretur Italiæ.

Ita & paulò antè Bonifacius Papa contra inimicos gratiæ Dei non solùm Apostolicis, sed etiam Regiis uteretur Edictis. Iterata etiam in Ephelinæ Synodo fuit Pelagianorum proscriptio, quoniam nonnulli hujus sectæ eidem fæse obtulerant. Fulmen in eodem toris S. Leo, atque omnium ultimus Gelafius Papa, qui in datâ ad Dalmatiæ Margaritæ Epistolâ inquit: *Debellata est hæresis ab Innocentio, & Zosimo, & Bonifacio, & Celestino, & Leone.* Quam opportunum forer, quâmque hodiernis hæresibus utile, conferre inter se quandoque Pelagianorum causam & Quesnelli! Nunquam agendis ratione adeo concordem, nunquam proibitiones adeo similes, nunquam facta adeo sibi vidimus conformia. Utraque factio ponit, aut posuit studium in elaborandis propositionibus fallacibus, qua cōram rudioribus sua regunt consilia, quæque & sancte & Catholicæ possunt expōni, proindèque idoneæ comprimis sunt ad imponendum omnibus, qui proferentium sensa non introspexere: Utraque, cùm res & occasio postulat, mutat, & mutavit loquendi geniū, & formam: Utraque adfert ex Scripturâ & Patribus loca mūtilla, dīmida, & aliena à prōposito: Utraque adversus iteratas, & decretorias S. Sedis condamnationes iisdem se insulsi, ineptisque rationib⁹ conatūr, conataque fuit rūtari.

*Solanum an-*  
*diendam effe Eccle-*  
*siam, offen-*  
*satur ex Au-*  
*gustino.*

XVII. OCCASIONEM hic nanciscimur advertendi animum ad insigne quoddam principium Augustini, magni illius Patris, cuius potissimum haberi rationem convenit hoc in volumine. *Veram*<sup>2</sup> nimirum Religionem... omnino sive quodam gravi auctoritatis imperio iniiri recte nullo modo posse. Quapropter *Sacilegos*<sup>3</sup> vocavit Manichæos, quod omni repudiatâ auctoritate solâ niti volebant ratione. *Unam* hinc esse,

docebat, *Ecclesiæ Catholicam*, quamvis tot essent sectæ inter Christianos. *Dubitamus*, nos ejus Ecclesiæ condere gremio, quæ usque ad confessionem generis humani ab Apostolicæ Sede per Successores Episcoporum, frustra hæreticis circumlatrantiis, & partim plebis ipsius judicio, partim Conciliorum gravitate, partim etiam miraculorum magestate dampnatis, culmen auctoritatis obtinuit; cui nolle primas dare, vel summa profectio impetratis est, vel præcipitis arrogantiae. Non iuficit, ajebat Augustinus ad Julianum,<sup>4</sup> *Symbolum Fidei* profleri; *Nozatianos* enim, *Arianos*, *Eunomianos*, aliosque nonnullos, nonne etiam, cùm totum *Symbolum confessi* fuerint, vocamus hæreticos? Quando Pelagius refragatus fuerat loco cuidam relato in Epistola ab Innocentio Papa, increpuit ipsum Magister noster, tanquam offensæ Apostolicæ auctoritatis reum.<sup>5</sup> *Tenet me in Ecclesiæ Catholicâ ab ipsâ Sede Petri Apostoli, cui pascendas oves suas post resurrectionem Dominus comitendavit usque ad præsentem Episcopatum Successio Sacerdotum.* Augustini discipulis adnumerari nunquam potest, qui ab his ejus sensis dissentit.

2. REPETITUS ipse sapissimè in Dissertationibus suis, & Scriptis, suffragante non Africani modo, verùm etiam universâ Ecclesiâ: <sup>6</sup> *D. Petrum Apostolum Ecclesiæ unica (lege unicæ) typum.* *Ipse enim Petrus in Apostolorum ordine primus... sapè unus responderet pro omnibus.... Apostolatus principatum tenens.*<sup>7</sup> *Cum omnes essent interrogati, solum Petrum respondisse: Tu es Christus Filius Dei vivi, & ei dicitur: Tibi dabo claves Regni Cælorum. - - Multos fuisse Apostolos, & uni dictum fuisse: Pasce oves meas &c. nam & ipsum Petrum Servator, cui commendabat oves suas, quās alter alteri, unum secum facere volebat.... ut esset ille caput, ille figuram corporis portaret, id est Ecclesiæ. Cum Principatus Apostolatus in ipso speciatim reliceat, ut<sup>8</sup> script Cyprianus, & discimus ex SS. Literis, commisisse ipsi Redemptorem post mortem gregem suum pascendum. Neminem ignorare, illum Apostolatus Principatum cuilibet Episcopatai præferendum.*<sup>9</sup> Certissimum veritatis argumentum esse, seriem Pontificum continuaram jām inde à Petro (cui Dominus dixit: *super hanc petram aedificabo Ecclesiæ meam*) ad Anatolium, qui eo tempore Cathedram eandem occupabat. Verba autem illa: *super hanc petram, malitiae Lector de Christo,*

(1) Prosp. coll. c. 21. (2) de Util. cred. n. 21. (3) n. 2. n. 19. n. 35. (4) Op. imp. l. 4. c. 7. (5) Epist. 186. n. 28. con. Epist. fundam. n. 5. (6) Serm. 76. n. 1. (7) in Joann. Tract. 119. n. 4. (8) Serm. 45. n. 30. (9) de Bapt. con. Donat. 1. 2. n. 2. *Ecce ubi commemorari Cyprianus, quod etiam nos in Scripturis Sanctis didicimus, Apostolum Petrum, in quem primatus Apostolorum tam excellenti gratiâ præmiserat.... quis enim nescit, illum Apostolatus Principatum cuilibet Episcopatu[m] præferendum?*



an de Petro intelligere, ejusdem reliquit arbitrio in libris Retractionum.<sup>1</sup> Exponebantur de D. Petro in Hymno quodam D. Ambrosii, qui tum cantabatur. Asserebat quoque Augustinus, parum laborandum esse Carthaginensi Episcopo de tot hostium conspiratione,<sup>2</sup> cum se videret Romana Ecclesiæ, in quâ semper Apostolica Cathedrae viguit principatus, per communicatorias literas esse conjunctum, apud quam dictus Episcopus Carthaginæ, quæ prima erat Africae Metropolis pavatus esset causam suam dicere. Illud Lucæ: *Rogavi pote Petre, ut non deficiat fides tua, sic fuit expositum à D. Augustino:*<sup>3</sup> *boc est, nè auferatur ex ore tuo Verbum veritatis.* Quod Bonifacius Papa Imperatoriam etiam, ut paulò antè innuimus, auctoritatem contra Pelagianos adhibuerit, quodque à multis reprehendebatur, in antecessum ab Augustino probatum fuit, qui

Traictatum conscripsit contradicentes, non utendum esse supremâ potestate ad corrigan-  
do Donatistas. In aliâ Epistolâ:<sup>4</sup> *Quis non laudat, ait, leges ab Imperatoribus datae  
adversus sacrificia Paganorum?* *Et certè longè  
ibi pœna severior constituta est;* illius quippe  
impietatis capitale supplicium est. Profecto  
qui S. Sedis Decretis non acquiescit, qui non  
reveretur Edicta Pontificia in materia dog-  
matis, immò nè Regiis quidem Mandatis  
obtemperat, alium planè Magistrum se  
agnoscere profiteri debebat, quam Augustinum;  
illum nempe virum, qui Rescriptis Româ advenientibus causam pronun-  
tiabat finitam;<sup>5</sup> qui docuit, neminem sibi  
id sumere debere, ut discutere velitea, que  
à Sede Apostolica jam tum fuere discussa;  
sed pervicaciam hujusmodi hominum à  
Potestatibus coercendam esse christianis.<sup>6</sup>

(1) Epist. 53. n. 2. *Si enim ordo Episcoporum sibi succendentium &c. Dominus ait: super hanc petram &c.* Retr. l. 1. c. 21. *Harum autem sententiarum, quæ sit probabilius, eligat Lector. Qui sensus etiam cantatur ore mul-  
torum in versibus B. Ambrosii.* (2) Ep. 43. n. 7. (3) in Pf. CXVIII. Serm. 13. n. 3. (4) Epist. 95. n. 10. (5) Serm. 13. n. 10. *Inde Rescripta venerunt; causa finita est.* (6) Op. imp. n. 103. *Quid adhuc queris  
examen, quod jam factum est apud Apostolicam Sedem? . . . non auctus examinanda, sed coercenda est à Potesta-  
tibus christianis.*

## FINIS LIBRI SEPTIMI.

## HISTORIÆ THEOLOGICÆ

## LIBER VIII.

Quo refertur Doctrina D. Hieronymi. Deinde exponitur, & declaratur Error  
Semipelagianorum.

I. Quandoquidem cum Pelagianis sub ipsa hæresis nascentis primordia omnium primus congressus fuit magnus Doctor Ecclesiæ Hieronymus, recensebimus modò ejus sententias variis Operum suorum locis sparsas, ac disseminatas. Epistolæ ad Ctesiphontem ridet prætensam ab iis impeccantium, & *ānādīav*, atque ex clarissimis Scripturæ locis demonstravit, quantum eorum opinio abesse à vero; quomodo item justi, quos vocat Scriptura, tales appellati fuerint, quia in ipsis prævalebant virtutes. Advertit fraudem Pelagianorum, cum adjiciebant: *non absque Dei gratiâ.*<sup>1</sup> Intelligebant enim ejus nomine liberum arbitrium, & legem; abutentes malitiosè dicto illo Isaiae: *Posuit Deus legem in adjutorium.* Reprobavit eorum doctrinam, quod *destruatur voluntas*, (h. e. liberum arbitrium,) si *alterius ope indiget.*<sup>2</sup>

Ostendit, quantum nefas sit arrogare quenquam sibi, quod *Dei non amplius indigat auxilio.* Docuit: *ipsum liberum arbitrium Dei niti auxilio, illiusque ad singula ope indigere, idquod negabant Pelagiani.*<sup>3</sup> Ostendit ex eo, quod omnia possimus nobismus ipsi consequi, supervacaneas esse preces, & jejunia. Recensuit loca Testamenti veteris, & novi, quibus docemur, *velle & cu-  
rare meum esse, sed ipsum meum sicut Dei semper auxilio non fore meum;*<sup>4</sup> docemur item, præcepta servatu esse possibilia, sed virtute Cœlestis gratiæ; neque satiæ esse, quod concessum nobis semel fuerit arbitrium, sed ad omne opus bonum semper Divino opus esse auxilio.

2. OMNIA hæc capita diffusè pertractavit tribus libris, in Dialogo adversus Pelagianos: ubi innumera eam in rem loca ex SS. Literis adducit, ut commonstret, docuisse

(1) Hier. Epist. in Veron. edit. 133. n. 5. *Illud verò, quod ad decipiendos homines quosque postea huic sen-  
tentia coaptârunt: non absque Dei gratia.* (2) n. 6. n. 7. *Afferunt, se per arbitrii libertatem nequam illa  
necessarium habere Deum &c.* (3) n. 10. (4) n. 6.